

2 -

AA

BA

BIBLIOTECA
 DE LA
 UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.

Sala Est. Tab. Núm.

UNIVERSIDAD
 DE SALAMANCA

222



222

2-12-6-1

~~Num. 33. Cap. 5. num. 26~~



an sufficiat solus in medicina ex parte... non... morbi ut trallian... alex. lib. 1. c. 1.

de parte natura

de medicis ratio

quae sunt in abdaco

Att. de comone cause

non se fellere... curatio... post effectum... nonne... et ab... et ab... et ab...

quae sunt in abdaco

quae sunt in abdaco

dissonantia inter antiquos

Att. quae ne cessant mor...

dam in senectute deflexit. Et per hos quidem maxime viros salutaris ista nobis p[ro]fessio increvit. Quoniam aut ex tribus medicinarum partibus ut difficillima sic et clarissima est ea: quae morbis medet: ante o[mn]ia de hac dicendum est. Et quia prima in ea dissensio est: quod alij sibi experimento: tantummodo notitia necessaria esse contendunt: alij nisi corporis rerumque ratione co[m]perta non satis potentem usum esse p[ro]ponunt: indicandum est quae maxime ex utraque parte dicant: quo facilius nostra quoque opinio interponi possit. Igitur hi qui rationalem medicinam p[ro]fitemur: haec necessaria esse p[ro]ponunt: abditas & morbos continentium causas: notitiam: deinde euidetium: post haec et naturalium actionum: notissime partium interiorum. Abditas causas vocant in quibus requiritur ex quibus principis nostra corpora sunt: quid secundam: quid adversam valetudinem faciat. Neque enim credunt posse cum scire quomodo morbos curare conveniat: qui vnde hi sunt ignoret. Neque esse dubium: quin alia curatione opus sit: si ex quattuor principijs vel superans aliquid vel deficiens adversam valetudinem creat: ut quidam ex sapientiarum p[ro]fessoribus dixerunt. alia si in humidis o[mn]e vitium est: ut Herophilo visum est. alia si in spiritu: ut Hippocrati: alia si sanguis in eas venas: quae spiritui accommodatae sunt: transfundit & inflammationem quam graeci φλεγμαονη id est phlegmonem nominant excitat: caque inflammatio talis motum efficit: qualis in febre est: ut Erasistrato placuit. alia si manantia corpuscula per iusibilia foramina subsistendo iter claudunt: ut Asclepiades contendit. Eum vero recte curatur: quae prima origo causae non se fellerit. Neque vero ificiantur experimenta quoque esse necessaria. Sed ne ad haec quidem aditum fieri potuisse: nisi ab aliqua ratione contendunt. Non enim quidlibet antiquiores viros agris iculcasse: sed cogitasse quid maxime conveniret: & id usum explorasse: quod ante coniectura aliqua duxisset. Neque interesse an nunc iam plura explorata sint: si a consilio tamen coeperunt. Et id quidem in multis ita se habere. Sepe vero et nova incidere genera morborum: in quibus nihil adhuc usus ostenderit. Et ideo necessarium sit animadvertere vnde ea coeperint: sine quo nemo mortalium reperire possit cur hoc quam illo potius utat. Et ob haec quidem in obscuro positas causas persequuntur. Euidetes vero has appellat: in quibus quarunt initium morbi calor attulerit an frigus: fames an satietas: & quae similia sunt. Occurrunt enim vitio dicunt eum qui originem non ignoravit. Naturales vero corporis actiones appellat per quas spiritum trahimus & emittimus: cibum portionemque assumimus & co-coquimus: Itemque per quas eadem haec in o[mn]es membra partes digerunt. Tu requirunt et quare venae nostrae modo submittant se: modo attollant. quae ratio somni: quae vigiliae sit. Sine quoque notitia nominem putat vel occurrere: vel mederi morbis iter haec nascetibus posse. Ex quibus quam maxime pertinere ad rem concoctio vitii. Huic potissimum insistent & duce alij Erasistrato arteri cibum in ventre contendunt. alij Plistonico Praxagorae discipulo putrefcere. alij credunt Hippocrati per calorem cibos co-coqui. Accedunt quae Asclepiadis amuli: qui o[mn]ia ista vana & superuacua esse p[ro]ponunt. Nihil enim co-coqui: sed crudam materiam sicut assumpta est in corpus o[mn]e deduci. Et haec quidem iter eos parum constant. Illud vero convenit: alium dandum cibum laborantibus: si hoc: aliud: si illud verum est. Nam si terretur intus: eum quaerendum esse: qui facillime terri possit. Si putrefcit: eum in quo hoc expeditissimum est. Si calor co-coquit: eum qui maxime calorem moueat. At nihil ex his esse quaerendum: si nihil co-coquit. Ea vero sumenda quae maxime manent qualia assumpta sunt. Eademque ratione cum spiritus grauis est: cum somnus aut vigilia virget: eum mederi posse arbitrat: qui prius illa ipsa qualiter eveniat perceperit. Praeter haec cum in interioribus partibus & dolores & morborum varia genera nascant: neminem putant his adhibere posse remedia: quae ipse ignoret. Necessarium ergo esse incidere corpora mortuorum: eorumque viscera atque ite

LIBER PRIMVS

stina scrutari. longeq; optime fecisse Herophilum & Erasistratum qui nocentes hoies a regibus ex carcere acceptos: uiuos iciderint. Considerantque: et spiritu remanent: ea quae natura ante clausisset eorumque positura: colorum: figuram: magnitudinem: ordinem: duritiam: molitiam: liuorem: contactum. p[ro]cessus deinde singulorum & recessus: & siue quid insent alteri: siue quid parte alterius in se recipit. Neque enim cum dolor intus icidit: sciri quod doleat eum: qui parte quodque viscus intestinumue sit: non cognouerit. Neque curari id quod aegrum est posse ab eo qui quid sit: ignoret. Et cum per uulnus alicuius viscera patefacta sunt: cum qui sane cuiusquam colorum partis ignoret: nescire quid integrum: quid corruptum sit. Ita ne succurere quidem posse corruptis. Aptiusque extrinsecus imponi remedia co[m]pertis interiorum & sedibus & figuris: cognitaque eorum magnitudine. Simileque o[mn]ia quae posita sunt rationes habere. Neque esse crudele sicut plerique p[ro]ponunt: hominum nocentium & horum quoque paucorum supplicis remedia populis innocetibus saeculorum o[mn]ium quarum. Contra hi: qui se empiricos ab experientia nominant euidetes quidem causas ut necessarias amplectunt. Obscurae uero causarum & naturalium actionum quaestionem ideo superuacua esse contendunt: quoniam incomprehensibilis natura sit. Non posse uero comprehendere: patere ex eorum: qui de his disputant: discordia. Cum de ista re: neque inter sapientiarum p[ro]fessores: neque inter ipsos medicos conueniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat: quam Herophilo. Cur huic potius quam Asclepiadi. Si rationes sequi uelit: o[mn]ium posse uideri non improbabiles. Si curationes: ab o[mn]ibus his agros productos esse ad sanitatem. Ita neque disputatio: neque auctoritati cuiusquam fide derogari oportuisse. Etiam sapientiarum studiosos maximos medicos esse: si ratiocinatio hoc faceret. nunc illis uerba superesse: deesse medendi sciam. Differre quoque per natura locorum: genera medicinae: & aliud opus esse romae: aliud in aegypto: aliud in gallia. Quod si morbos ex cause faceret: quae ubique eadem essent: remedia quoque ubique eadem esse debuissent. Sepe et causas apparere. ut puta lippitudinis: uulneris: neque ex his patere medicinam. Quod si sciam haec non subiciat euidens causa: multo minus eam posse subicere: quae in dubio est. Cum igitur illa incerta incomprehensibilis sit: a certis potius & exploratis petendum esse praesidium: id est his: qui experientia in ipsis curationibus docuerit: sicut in ceteris o[mn]ibus artibus. Nam ne agricolam quidem: aut gubernatorem disputatione: sed usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere. eo quoque disci: quod qui diuersa de his senserint: ad eandem tamen sanitatem homines perduxerint. Id enim fecisse: quia non ab obscuris causis: neque a naturalibus actionibus: quae apud eos diuersae erant: sed ab experientia per ut cuique responderat: medendi vias traxerint. Ne iter initia quidem ab istis quonibus deducta esse medicinam: sed ab experientia. Aegrorum enim qui sine medicis erant: alios propter auiditatem primis diebus prius cibum assumpsisse: alios propter fastidium abstinuisse: leuatumque magis eorum morbum esse: qui abstinerant. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse. alios paulo ante eam: alios post remissionem eius. optime deinde his cessasse qui post finem febris id fecerint. Eademque ratione: alios inter principia prius usus esse cibo plenus: alios exiguo grauioreque: eos factos: qui se impleverunt. Haec similiaque cum quotidie iciderent: diligentes homines notasse quae plerumque melius responderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. Sic medicinam ortam: subinde aliorum salute: aliorum iterum p[ro]nciosa discernentem a salutaribus. Reptis deinde medicinae remediis hoies de rationibus eorum differere coepisse: nec post rationem medicinam esse iuentam sed post iuentam medicinam: rationem esse quaesitam. Requiritur et si ratio doceat quod experientia: an aliud. Si idem: superuacua esse. Si aliud: et contraria: Primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse. nunc vero iam explorata esse: neque vlla: aut noua genera morborum reperiri: aut noua desiderari medicinam. Quod si iam icidat mali genus aliquid ignotum: non ideo tamen fore medici

de herophilo et Erasistrato gal. m. 2. de re parua. c. ultimo neque discipulos esse viros esse esse in eulib. p. de anat. alminis affectis. c. 7.

de experientia aduersus rationales

quomodo in initio ab experientia sumpta est...

Att. quid praesit ratio...

Att. quando aliquod malum gen. ignorat incidit



duobus æq; repletis alter in morbum inciderit: alter omni periculo vacarit: qd' quotti die fieri apparet: nō discreuerit. Ex quo dici pōt: vt vera sit illa transfusio: tñ illam non per se cum plenu corpus est fieri sed cum horz aliquid accesserit. Themisonis vero emu li si perpetua quæ pmittunt habent: magis et q' vili rationales sunt. Neq; n. si quis nō oia tenet quæ rōalis alius probat: p̄tinus alio nouo nomine artis idiget. Si mō: quod primum est. nō memoria soli: sed rōni quoq; insitit. Si vero: quod p̄pius est: vix vlla perpetua p̄cepta medicinalis ars recipit: idem sunt qd' hi: quos experimenta sola sustinent. Eo magis qm̄ si compresserit aliquem morbus an fuderit: quilibet et imperitissimus videt. Quid autē cōpressum corpus resoluat: quid solutum teneat: si a ratione tractum ē: rationalis est medicus. Si vt ei q' se rationale negat: cōsiteri necesse est: ab experientia empiricus ē. Ita apud eum morbi cognitio extra artem: medicina intra vsum est. Neq; adiectum quicq; empiricorū professioni: sed demptum est: qm̄ illi multa circūspiciunt: hi tantum facillima & non plus q' vulgaria. Nam & hi qui pecoribus ac iumentis medentur: cum p̄pria cuiusq; ex multis animalibus nosse non possint: communibus tantum modo insitunt. Et exteræ gentes cum subtilem medicinæ rationem nō nouerint: coia tantum vidēt. Et qui ample valetudinarios nutriunt: quia singulis summa cura consulere non sustinent: ad coia ista confugiunt. Neq; hercules istud & anti qui medici nescierunt: sed his contenti non fuerunt. Ergo et vetustissimus auctor Hippocrates dixit mederi oportere & coia & propria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi in tra suam professionem consistere vilo modo possūt. Si quidem & compressorum & fluentium morborū genera diuersa sunt: faciliusq; id in his quæ fluunt: inspicere potest. Aliud est. n. sanguinē: aliud bilē: aliud cibū mouere: aliud deiectionibus: aliud tormini b' laborare: aliud sudore digeri: aliud tabe consumi. Atq; in partes quoq; humor crū pit vt in oculos auresq;. Quo periculo nullum humanū membrum vacat: Nihil autē horum sic: vt aliud curatur: Ita protinus in his a communi fluentis morbi cōtemplatione ad propriam medicinā descendit. Atq; in hac quoq; rursus alia p̄prietatis noticia sape necessaria est. quia nō eadem oibus et in similibus casibus opitulatur. Si quidē certæ quædā res sunt: quæ in pluribus ventrē aut astringunt aut resoluunt: Inueniunt tñ in qbus aliter atq; in cæteris idē eueniat. In his ergo comuniū inspectio contraria ē: propriorū tantū salutaris. Et causę quoq; æstimatio sape morbum soluit. Ergo et inge niolissimus seculi nostri medicus: quē nuper vidimus. Cassius febricitati cuidā & magna siti affecto: cū post ebrietatem cū p̄remi cepisse cognosceret: aquā frigidā ingessit. Qua ille epota: cū vini vim miscēdo fregisset: p̄tinus febrem somno & sudore discul sit. Quod auxilium medicus oportune p̄uidit: nō ex eo: qd' aut strictū corpus erat: aut fluebat: sed ex cā: quæ ante p̄cesserat. Estq; et p̄prium aliquid & loci & tēporis istis quoq; auctoribus: qui cum disputāt quemadmodū sanis hominibus agendū sit: p̄cipiūt vt grauib' aut locis aut tēporibus magis vitet frigus: æstus: facietas: labor: libido: magisq; vt cōquiescat hisdem aut locis aut tēporibus si quis grauitatem corpo ris sentit: ac neq; vomitu stomachū: neq; purgatiōe aluum sollicitet. Quæ vera quidē sunt: a cōmunibus tñ ad quædam p̄pria descendūt. nisi persuadere nobis volunt: sanis quidem considerandum esse. qd' cælum: qd' tempus anni sit: agris vero non esse. Qui bus tanto magis ois obseruatio necessaria est: quanto magis obnoxia offensus infirmi tas ē. Quin et morborū in hisdē hominibus alia atq; alia. p̄prietates sunt: & qui secū dis aliqñ frustra curatus ē: cōtrarijs sepe restituit. Plurimaq; i blādo cibo discrimina reperiunt. Ex qbus cōtētus vno ero. Nā famē facilius fert adolescēs quā puer: facilius in

fluētis: vide col. p̄ccalē
qui morbi dicūt fluctes

Ho.

soluit: vide fol. 2. col. 2.

Lasius moemosi (sim)
cognas cōmelio et scribo
molar LAUS
go. sol
no de felici mēdit cur pos
terior igale no fuit. ut
apparet p̄cipit. p. 4. t. 2.
de feb. sang. 8. p. 1. sed
de p. mē. 4. p. 1. c. 1. 4.

de cibo
et qui vide. 3. h. 9. et
habub. 8. p̄. c. 25. m
p̄. et aut. cur dicitur.

de cassio felice

atq; ali. p̄prietates. nas quib' singularis hōes sint inliuua
necessarij cōplones et p̄prietates vnius nō sūt ille qui in altero
3. terapeu. c. 7.

facit. ut gal. ait. lib. de assuetudinibz. c. hippo. 2.
de vichy tonc. pag. 150. et plato in tynico in fine

ii. vix alipta. i. medico videtur. ut exponit pauli.

lib. 3. c. 7.

LIBER PRIMVS

denso cælo: quam in tenui: facilius in hyeme quam æstate: facilius vno cibo: quā pran dio quoq; assuetus: facilius in exercitatus: quam exercitatus homo sustinet. Sape au tem in eo magis necessaria cibi festinatio est: qui minus in diem tolerat. Ob quæ com petit eum qui propria non nouit cōmunia tantum intueri debere: cumq; qui nosse p̄ pria potest: illa quidem nō oportere negligere: sed his quoq; insistere. Ideoq; cum par scientia sit vtiliorem tñ medicum esse amicū: q' extraneū. Igitur vt ad propositū meum redeam: rationalem quidē puto medicinam esse debere: instrui vero ab euidē tibz causis: obscuris oibus non a cogitatione artificis: sed ab ipsa arte reiectis. Incide re autem viuorū corpora & crudele & superuacuum est: mortuorū corpora discentibz necessarium. Nam positum & ordinem nosse debent. Quæ cadauera melius quam viuis & vulneratus homo representāt: Sed & cætera quæ modo in viuis cognosci pos sunt: in ipsis curationibus vulneratorū paulo tardius. sed aliquando mitius vsus ipse mōstrauit. His propositis primum dicam quemadmodū sanos agere cōueniat: tum ad ea transibo: quæ ad morbos curationesq; eorū pertinebunt.

Caput primum quemadmodum sanos agere conueniat.

alipta. in alijs f. ii.
i. alypta

si qd' vide
hippo. lib. de
me. dicitur
vix moneo
in fine. pag.
47. vel lib.
de hys que in
medicatura
sunt. fol. 2. i. 4.
et plato in
meo. pag.
73. c. m
theophr. pag.
140.

Anus homo qui & bene valet & sue spontis est: nullis obligare se legibus de bet: ac neq; medico: neq; alipta egere. Hunc oportet variū habere vitæ gen⁹ modo ruri esse: modo in vrbe: sapiusque in agro: nauigare: venari: quiesce re interdum: sed frequētius se exercere. Si quidem ignauia corp⁹ hebetat: labor firmat illa maturam senecturē: hic longam adoleſcētiā reddit. Prodest etiam interdū bal neo: interdum aquis frigidis vt: modo vngi: modo id ipsum negligere. nullū cibi ge nus fugere: quo populus vtatur. interdum in conuiuio esse: interdū ab eo se retrahere modo plus iusto: modo non amplius assumere. bis die potius: quam semel cibum ca pere & semper quam plurimum: dūmodo hunc concoquat. Sed vt huius generis ex ercitiōes: cibiq; necessarij sunt: sic athleticæ: superuacui: Nam & intermissus p̄pter ciuiles aliquas necessitates ordo exercitationis: corpus affligit: & ea corpora quæ mo re eorū repleta sunt: celerrime & senescunt & agrotant. Concupiscit vero neq; nimis cō cupiscendus neq; nimis pertimescendus est. Rarus corpus excitat. frequēs soluit. Cū autem frequens non numero sit: sed natura: ratione ætatis & corporis scire licet cum non inutilem esse: quem corporis neq; languor: neq; dolor sequitur. Idem interdū pe ior est: noctu tutior. ita tamen si neq; illum cibus: neq; hunc cum vigilia labor statim sequitur. Hæc firmis seruanda sunt: cauendumq; ne in secūda valetudine: aduersa p̄ fidia consumantur.

Quæ stomacho imbecillis seruanda sunt.

Caput. ij.

Imbecillis stomacho: quo in numero magna pars vrbanoz omnesq; pe ne cupidi litterarū sunt: obseruatio maior: necessaria ē. vt quod vel corporis vel loci: vel studij ratio detrahit: cura restituat. Ex his igitur qui bene conco xit: mane tuto surget. qui p̄p̄ quietescere debet. & si mane surgendi necessitas fuerit: re dormire. Qui nō concoxit: ex toto conquiescere: ac neq; labori se: neq; exercitiōi: ne q; negotio credere. Qui crudū sine p̄cordiorū dolore ructat: is ex interuallo aquam frigidam bibere: & se nihilo minus continere. Habitare vero ædificio lucido per flatū æstiuum hibernum solem habere. cauere meridianum solē: matutinum & vespertinū frigus: itemq; auras fluminum atq; stagnorū: minimeq; nubilo cælo. soli aperiētē se cō mittere: ne modo frigus: mō calor moueat. Quæ res maxime grauedines destillatio nesq; cōcitat. Magis vero grauib' locis ista seruanda sunt: in qbus et pestilentia faciūt.

eadem est sima gal.
p. p̄nost. 10. 5.

Donamētuz. et. mē.
supra.

de anothio. et eig m
resitate. hile sup. ra fol.
a. m. col. 2.

no.
naq; medicus idē
terapontia. c. 4. in p̄te
sed nos videm).

hebetat: quātus ignauia te
dat. vide. 2. de morborū cal
3. c. 4. qd' humoris p̄p̄
das cōmētuz. p̄. m. p̄. p̄. p̄. p̄.
uic. hippo. 1. c. 17.
modo p̄. idē. 3. dicit ab
xander. b. x. p̄. 1. 3. de
mēte pauli

De rotra. vide
24. iona. fol. 273.
et. iste. 8. c. 3. in fine et
alibz. aut. et. h. m. p̄. p̄.
cupiscit. lib. 1. in p̄te
de venis ac fibris. et pau
lus. lib. 1. c. 25.

qui erudit. vide m. fi. p
ne h. 9. cap. et. c. 5.

que maxime destilla
tiones cōcitant



Atq; de vna matutinali
de sanitatis natura

clara lectio. n. l. c. 2.

No. que anbra
latio melior

Atq; que abra est melior
exercitij r. x. m. j. n.

na. q. v. l. i. s. i. d. e. 7. apho.
de cibo n. s. u. n. i. t. a. t. i. s.

Conditio abaxia
inutilia sunt dona
q. d. a. i. s. homin. u.
bus utilissimas simplex
acc. u. g. n. o. saporu. p. s. t. i. f. e.
ra. e. t. c. o. d. i. m. e. t. a. p. e. r. m. i. b. o.
s. i. o. r. a. p. l. i. m. i. l. i. b. x. j. c. 5.
includit. aqua. n. f. e. q. u. a. d. a. d.
i. n. i. t. i. e. a. d. e. s. t. e. m. g. e. n. d. u. m. s. t. o.
m. a. i. b. u. s. s. u. p. i. b. u. s. b. e. h. e. m. i.
t. e. x. x. i. c. o. r. i. s. p. o. l. 1. 2. p. o. l. 2.
v. b. i. i. n. d. i. c. t. a. n. o. o. p. s. l. a. b. o. r. a. r. e.
e. t. v. i. d. e. i. n. f. r. a. c. 6. i. n. p. a. r. t. e.
a. t. q. u. i. t. a. r. d. e.

de n. j. m. j. o. e. x. e. r. c. i. t. i. o.
e. i. g. n. a. r. a.

Scire autem licet integrum corpus esse: cum quottidie mane vrina alba: dein ruffa e.
Illud concoquere: hoc concoxisse significat. Vbi experrectus est aliquis: paulum in-
termittere: deinde nisi hyems est: fouere os multa aqua frigida debet: longis diebus
meridari potius ante cibum: sin minus: post eum. per hyemem potissimum totis no-
ctibus conquiescere. Sin lucubrandum est: non post cibum id facere: sed post conco-
ctionem. Que interdum vel domestica: vel ciuilia officia tenuerunt: huic tepus aliquod
seruadum curationi corporis sui est. Prima aut eius curatio exercitatio est: que semp
antecedere cibum debet: in eo qui minus laborauit & bene cocoxit amplior: in eo qui
fatigatus est & minus concoxit remissior. Comode vero exercent: clara lectio: arma:
pila: cursus: ambulatio. Atq; hac non vtiq; plana comodior e. Si quidem melius ascē-
sus quoq; & descensus cum quadam varietate corpus moueat: nisi tñ id per quam im-
becillum est. Melior aut est sub diuo: quam in porticu. melior si caput patitur in sole:
quam in vmbra. melior in vmbra quā parietes aut viridaria efficiūt: quam quā tecto
subest. melior recta: quam flexuosa. Exercitatiois aut plarunq; finis esse debet sudor:
aut certe lassitudo: quā citra fatigationem sit. idq; ipsum: modo minus modo magis
faciendum e. Ac ne his quidem athletarum exemplo: vel certa e lex: vel imodicus e
labor debet. Exercitationem recte sequitur: mō vnctio vel in sole vel ad ignem: modo
balneum: sed conclau quā maxime & alto & lucido & spaciofo. Ex his vero neutrum
saepe fieri oportet: sed sapius alterutru pro corporis natura. Post hac paulum coque-
scere opus est. Vbi ad cibū ventum est: nūquam utilis e nimia facietas. Saepe inutilis
nimia abstinetia. saepe si qua intemperantia subest durior e in potioe quam in esca. Ci-
bus a falsamētis: oleribus: similibusq; rebus melius incipit. Tum caro assumenda est
quā assa optima aut elixa est. Conditia omnia. duabus de causis inutilia sunt. quoniā
& plus propter dulcedinem assumitur: & quod mō par est: tñ agrius concoquit. Se-
cunda mensa bono stomacho nihil nocet: in imbecillo coacescit. Si quis itaq; hoc pagē
videlicet palmulas pomaq; & similia melius primo cibo assumit. Post multas potio-
nes quā aliquātum sitim excesserunt: nihil edendum est. post facietatem: nihil agen-
dum. Vbi expletus est aliquis: facilius concoquit: sic quicquid assumpsit potione aq;
frigida includit: tum paulisper inuigilat: deinde bene dormit. Si quis interdum se im-
plebit: post cibum neq; frigori. neq; aestui: neq; labori se debet committere. Neq; enim
tam facile hęc inani corpore quā repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est:
labor ornīs uitandus est.

Observationes quaedam prout res nouae accidūt & corporū genera & sexus & aeta-
tes & tempora anni sunt. Caput. iij.

Tq; hac quidem pene perpetua sunt. Quasda aut obseruationes desiderat
& nouae res & corporū genera & sexus & aetates & tempora anni. Nā neq; ex
salubri loco in graue. neq; ex graui in salubrem trāsitus sanis tutus est. Ex sa-
lubri in graue prima hyeme: ex graui in eū qui salubris e prima aestate transire melius
e. Neq; vero ex multa fame. nimia facietas: neq; ex nimia facietate fames idonea e. Peri-
clitaturq; & qui semel & qui bis die cibū incontinēter contra consuetudinē assumit. Itē
neq; ex nimio labore subitum ociū neq; ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa e.
Ergo cū quis mutare aliquid uolet: paulatim debebit assuescere. Omnē etiā laborē
facilius vel puer vel senex: quam insuetus homo sustinet. Atq; ideo quoq; minus ocio
sa vita utilis non est: quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tñ insuetus ali-
quis laborauit: aut multo plus quā solet. et si qui assueuit: huic ieiuno dormiendū e

LIBER PRIMVS

multo magis si etiam os amarum est: vel oculi caligant: aut vter perturbatur. Tum
enim non dormiendum tantūmodo ieiuno est: sed etiam in postea diem permanen-
dum: nisi cito id quies sustulit. Quod si factū est. surgere oportet: & lere paululū am-
bulare. At si somni necessitas nō fuit quia modice magis aliquis laborauit: tñ ingredi
aliquid eodem mō debet. Cōia deinde omnibus sunt post fatigationē cibum sumptu-
ris: vbi paulum ambulauerūt. si balneum non est: calido loco vel in sole: vel ad ignem
vngi atq; sudare si e ante oia in tepidario residere: deinde vbi paulum conquiescerunt
intrare & descendere in solium: tum multo oleo vngi leniterq; perfricari: iterum in so-
lium descendere. Post hac os aqua calida fouere: deinde frigida. Balneum his feruens
idoneum non e. Ergo si nimium alicui fatigato pene febris e: huic abunde e loco tepi-
do demittere se inguinibus tenus in aquam calidam: cui paulum olei adiectum: dein
de totum quidem corpus maxime tñ eas partes: quā in aqua fuerunt leniter perfrica-
re ex oleo: cui vinum & paulum cōtriti salis sit adiectum. Post hac omnibus fatigatis
aptum e cibum sumere: coq; humido vti: aqua vel certe diluta potione esse contentos
maximeq; ea quā moueat vrinam. Illud quoq; nosse oportet: quod ex labore sudanti
frigida potio perniciosissima e. atq; etiam cū sudor se remisit itinere fatigatis inutilis.
A balneo quoq; venientibus Asclepiades inuilem eam iudicauit. Quod in his vix e:
quibus alius facile nec toto resoluitur: quiq; facile inhorrescunt: perpetuum in omni-
bus non e: cum potius naturale sit potione aestuantem stomachum refrigerari: frige-
tem calefieri. Quod ita praecipio: vt tamen fatear ne ex hac quidē causa sudanti adhuc
frigidū bibendum esse. Solet et prodesse post variū cibū: frequentesq; dilutas potioes:
vomitus & postero die longa quies: deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio vr-
get: inuicem modo aqua: modo vinum bibendum e: raroq; balneo vtendum. Lcuat-
q; lassitudinem etiam laboris mutatio: eumq; quem nouum genus eiusdem laboris
pressit: id quod in cōsuetudine e: reficit. Fatigato quottidianum cubile tutissimum e:
in solitum contra lassat. Quod enim contra cōsuetudinem e: nocet: seu molle: seu du-
rum e. Proprie quaedam ad eum pertinent: qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in
ipso quoq; itinere frequēs frictio. post iter: primum fedile: deinde vnctio: tum calida
aqua in balneo magis superiores partes: q̄ inferiores foueat. Si quis vero exustus in so-
le e: huic in balneū protinus eūdum e: perfundēdumq; oleo corpus & caput: & deinde
in solium bene calidum descendendum e: tum multa aqua per caput infundenda pri-
us calida: deinde frigida. At ei qui perfrixit: opus est in balneo primum inuoluto sede-
re donec insudet: tum vngi: deinde lauari: cibum modicum: potioes meracas assume-
re. Is vero qui nauigauit & nausea pressus e: si multam bilem euomit: vel abstinere ci-
bo debet: vel paulum aliquid assumere. Si pituitam acidam effudit vtiq; sumere cibū
sed assueto leuiorem. si sine vomitu nausea fuit: vel abstinere: vel post cibum vomere.
Qui vero toto die: uel in uehiculo uel in spectaculis sedet: huic nihil currēdū: sed len-
te ambulādum e. Lenta quoq; in balneo mora: dein coena exigua pdesse consueuerūt.
Si quis in balneo aestuat: reficit hunc ore exceptū & in eo retentū acetū. Si id non e: co-
dem mō frigida aqua assumpta. Ante oia aut norit quisq; naturam sui corporis. quo-
niā alij graciles alij obeſi sūt: alij calidi: alij frigidiores: alij humidi: alij sicci: alios atri-
eta: alios resoluta alius exercet. Raro quisquā nō aliquā partē corporis imbecillā ha-
bet. Tenuis uero hō implere se debet: plen⁹ extenuare: calidus refrigerare frigidus calefa-
cere: madēs siccare: siccus madefacere. itēq; aluū firmare is cui fusa: soluere is: cui atri-
eta e. Succurrēdūq; sp̄ pti maxie laborati e. Implet at corp⁹ modica exercitatio frequē

Asclepiades.

de solito. l. in soluto
cubili.

Regime nauigantū

Regime gestantū

In p̄mōnātia vtiq;



Extenuata corp

Att. de vomitu et ventris solutione. a. m. l. h. e. p. Asclepiades. de quo. 3. huius. e. 4. a. vide. gal. lib. de mixte que medi. camtis purgato. m. est. in principio.

De vomitu vtilior hinc. hippo. texus aph. 4. aph. 4. sentit op. postu. medicari. stare.

amari vtilis. Att. ex hoc. amari vtilis. ovis no. sp. ex colera. p. m. i. c.

de vomitu quotidiano

biduo. id. q. dicit. rasi. 12. conti. p. p. et. 4. p. 13. gal. in. m. 13. de. venter. solutio. super. libru. poly. de. vic. ni. p. uator. 9. qui. vo. mere. his. et. dicit. q. nichil. p. d. h. i. b. e. ex. inter. ual. ho. no. d. u. o. h. i. continuis. diebus. facece.

rrior quies: unctio: & si post prandium e balneum: contracta aluus: modicum frigus hyeme: somnus & plenus & no nimis logus: molle cubile: animi securitas: assumpta p cibos & potiones maxime dulcia & pinguia: cibus & frequetior & quatus plenissim9 pot concoqui. Extenuat corpus aqua calida siquis in ea descedit: magisq: si falsa e: i iunio balneu: inurens sol: & ois calor: cura: uigilia: sonus nimiu uel breuis: uel logus: lectus per astatem terra: hyeme dug: cubile: cursus: multa ambulatio: omni q: uathe mes exercitatio: uomitus: deiectio: acidæ res & austeræ & semel die assumpta: epulæ & uini no perfrigidu ieiuno potio in consuetudinem adducta. Cu uero inter extenuantia posuerim uomitu & deiectionem: de his quoq: pprie quedam dicenda sunt. Eiectu esse ab Asclepiade uomitu in co uolumine: quod de tueda sanitate composuit: uideo. neq: reprehedo: si offensus cor e consuetudine: qui quottidie eijciendo uoradi facultatem moliant. Paulo etia longius processit: idem purgationes quoq: eodem uolumine expulit. Et sunt hæ perniciose: si nimis ualentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen submoueda esse non e perpetuum: quia corporis temporumq: ratio potest ea facere necessaria: du & modo: & non nisi cum opus e: adhibeantur. Ergo ille quoq: ipse si quid iam corruptum esset: expelli debere confessus est. Ita non ex toto res condemnanda e. Sed esse eius etiam plures cause possunt. estq: in ea quædam paulo subtilior obseruatio adhibenda. Vomitus utilior est hyeme: quam æstate. Nam tum & pituitæ plus: & capitis grauitas maior subest. Inutilis e gracilibus: & imbecillu stomachu habentibus. Vtilis e plenis & biliosis omnibus: si uel nimium se repleut: uel paru coxerunt. Nam siue plus e: quam quod concoqui possit: periclitari ne corrumpatur: no oportet. Si uero corruptum e: nihil comodius est: quam id: qua via primu expelli potest: eijcere. Itaq: ubi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum sut: ad hunc protinus cofugiendum est. Item prodest ei: cui pectus æstuat: & freques saliuæ: uel nausea e: aut cui sonant aures: aut madent oculi: aut os amarum e. Similiterq: ei: qui uel calu: uel locum mutat: hisq: quibus: si per plures dies no uomuerut. dolor præcordia infestat. Neq: ignoro inter hæc præcipi quiete. quæ non semper contingere pot agendi necessitate habentibus: nec in omnibus idem facit. Itaq: istud luxuriæ causa fieri no oportere confiteor. Interdum uoletudinis causa recte fieri experimētis credo. Comoneo tamen ne quis: qui ualere & senescere uolet: hoc quottidianu habeat. Qui uomere post cibū uolet: si ex facili facit: aqua tm tepida ante debet assumere. si difficili9: aquæ: uel salis: uel mellis paulu adijcere. At qui mane uomiturus est: ante bibere mulsum: uel isopu: aut esse radiculā debet. deinde aqua tepida ut supra scriptum e: bibere. Cætera q antiqui medici pceperunt: stomachu oia infestat. Post uomitu: si stomach9 ifirmus e: paulu cibi: sed huius idonei: gustandū: & aq frigidæ cyathi tres bibedi sut. Si at uomit9 fauces exaspauit: qui uomuit: si mane id fecit abulare debet: tu ungi: dei de cenare. Si post cenā: postero die lauari. & i balneo sudare. hinc pximus cib9: mediocris utilior e: isq: e debet cu pæ hesterno: uino austero meraco: & carne asia cibisq: oib9 q sicillimis. Qui uomere bis i mese uult: meli9 cofulet: si biduo cotinuarit: q si post qntu decimu die uomuerit: nisi hæc mora grauitate pectori faciet. Deiectio autē medicameto quoq: peteda e: ubi ueter suppressus pas reddit: ex eoq: inflamatoes: caligines: capitis dolores. aliaq: superioris partis mala icrescut: quid. n. inter hæc adiuuare possut quies & inedia q p illas maxime eueniut: Qui eijcere uolet: primu cibus uinis q: vte his: q hoc præstat: Dehinc si pas illa pficiet: aloen sumat. Sed purgationes quoq: ut interdū necessariæ sut: sic ubi frequetes sunt. piculu afferut. Assuescit. n. no ali cor

biduo. hoc dicit polibios in lib. de vicia ratione. et hippo. in p. de codex apud sine. j. de uone uictus.

LIBER PRIMVS.

pus: & ob hoc infirmu erit: cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas sit. Calfacit aut vnctior: aqua falsa: magisq: si calida est. oia falsa: amara: carnosæ: si post cibum est balneu: uinu austere. Refrigerat in ieiunio & balneu & somnus nisi nimis longus est & oia acida: aqua q frigidissima: oleu si aquæ miscetur. Humidu aut corpus efficit labor maior q ex consuetudine: freques balneu: cibus plenior: multa potio: post hac ambulatio & uigilia. Per se quoq: ambulatio multa & uahemēs & matutina exercitatio & no protinus cibus adiectus: ea genera esca que ueniut ex locis frigidis & pluuijs & irriguis: Contra siccit modica exercitatio: fames: vnctio sine aqua: calor: sol modicus. frigida aqua: cibus exercitatioi statim subiectus: & is ipse ex siccis & æstuosis locis ueniēs. Aluum astringit labor: sedile: creta figularis corpori illita: cibus iminut9: & is ipse semel die assumptus ab eo qui bis solet: exigua potio neq: adhibita ni si cu cibi quis quantu assumpturus e cepit: post cibū quies. Contra soluit aucta ambulatio atq: esca: post motus qui post cibū e: subide potioes cibo imixta. Illud quoq: scire oportet: q ueter vomitus solutu cõprimit: cõpressum soluit. Idēq: cõprimit is uomitus: q statim post cibū est: soluit is qui tarde supuenit. Quod ad atates uero pertinet: inedia facillime sustinent media atates: minus iuuenes: minime pueri & senectute confecti. Quo minus fert facile quisq: eo sapius debet cibū assumere. maximeq: eo eget qui in crecit. Calida lauatio & pueris & senibus apta e. Vinu dilutius pueris: senibus meracius. neutri ætati q inflatioes mouent. Iuuenū minus quæ assumat & quō curentur: interest. Quibus iuuenibus fluxit aluus plerūq: i senectute cotrahit. quibus in adoleſcentia fuit astricta: sepe in senectute soluit. Melior est aut in iuuenē fulior: in senē astrictior. Tēpus quoq: anni cofiderare oportet. Hyeme plus esse couenit: minus: sed meracius bibere: multo pane uti: carne potius elixa: modice oleribus: semel die cibū capere: nisi si nimis uenter astrictus e. Si prandet aliquis: uilius e exiguum aliquid & ipſu sic cum sine carne: sine potioe sumere. Eo tpe anni calidis oibus potius vtēdum est: uel calore mouētibus. Venus tū non æque pernicioſa e. At uere paulu cibo demēdum: adijciendūq: potioi: sed dilutius tm bibēdum est: magis carne vtēdum. magis olerib9: trā seudum paulatim ad asia ab elixis: Venus eo tpe anni tutissima e. Aestate uero & portione & cibo corpus sapius eget. Ideo prædere quoq: comodum est. Eo tpe aptissima sunt & caro & olus: potio quā dilutissima: ut & sitim tollat: nec corpus incendat: frigida lauatio: caro asia: frigidu cibi: uel qui refrigeret. Ut sepius aut cibo vtēdum: sic exiguo e. Per autūnum propter celi uarietatem periculū maximum e. Itaq: neq: sine ueste: neq: sine calciamētis prodire oportet: præcipueq: diebus frigidioribus: neq: sub diuo nocte dormire: aut certe bene operiri. Cibo uero iā paulo pleniore uti licet: min9: sed meracius bibere. Poma nocere quidā putant: quæ imodice toto die plerunq: sic assumūtur ne quid ex densiore cibo remittatur. Ita no hæc sed consumatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tm minusq: in his noxæ e. Sed his uti non sepius quam alio cibo conuenit. Deniq: aliquid densiori cibo cum hic accedit: necessarium e demi. Neq: estate uero neq: autumno utilis uenus est. Tolerabilior tamen per autumnum: astate in totum si fieri potest abstinentum.

De his: qui aliq pte corporis laborat: & primu de his qb9 caput ifirmu e. Caput. iij. Roximu e ut de his dicam: qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum e: is si bene coxerit: leniter perfricat id mane manib9 suis debet. nuquam id: si fieri potest: ueste uelare: aut ad cutē tōderi: Vileq: lunam vitare: maximeq: ante ipsum lunæ: solisq: cõcursum. sed nusquā post cibum p

Calcificatio corp? Refrigeratio hum. statio

Exsiccatio Aluum astringit

Soluit aluum

Regime corporis per uitas. id. aph. 4. p. lex. 15. medie atates. id. gal. aph. 4. p. 15.

Id. 2. aph. 4. p. 21.

Regime corporis p. q.

de coar. de quo dicit oribus caput ifirm. lib. p. in parte. de uenæ is astit. qm autūno uenæ rōmsari oporat. et isto p. e. p.

Ad caput infirmum lunam vitare



de aqua frigida capiti
vide. e. 9. auerthous in sectione
sui collectam. e. 6. ut q. caput
vino lauatum non est. frigida et em
pars est.

postquam. atq. post quam

quibus. inutilis est viciis
aut cogitatio animi est
inutilis

de natura capitis in ieiunio

de fructo. i. sapa. ut apparet apud
rippo. lib. de feminariis morbis.
cap. 55. in fine. quod in sic musto
ad dimidiuz. de casto ut dicit. hermod
q. v. e. s. s. f. autore nomio

gredi. Si cui capilli sunt: eos quottidie pectere. multū ambulare. sed si licet: neq; sub te
cto neq; in sole. Vbiq; autem vitare solis ardorem: maximeq; post cibum & vinū. poti
us vngi: q̄ lauari: nunq; ad flāmam vngi: interdū ad prunam. Si in balneum venit: sub
veste primum paulum in tepidario insudare: ibi ungi: tum transire in calidarium. vbi
sudabit: in folium non descendere: sed multa calida aqua per caput se totū perfunde
re: tum tepida: dem frigida: diutiusq; ea caput: quam ceteras partes perfundere: dem
de id aliquandiu perfricare: nouissime detergere & vngere. Capiti nihil aque prodest
atq; aqua frigida. Itaq; is cui hoc infirmū est: per æstatem id bene largo canali quotti
die debet aliquadiu subjicere. Semper aut etiam si sine balneo vnctns est: neq; totum
corpus refrigerare sustinet: caput tñ aqua frigida perfundere. Sed cum ceteras partes
attingi nolit: demittere id ne ad ceruices aqua descendat: eamq; ne quid oculis: alijsue
partibus noceat defluētem subinde manibus ad os regere. Huic modicus cibus neces
sarius est: quem facile cōcoquat. isq; si ieiunio caput læditur: asumēdus etiam medio
die est. Si nō læditur semel potius. Bibere huic assidue vinum dilutū: leue: quam aquā
magis expedit: vt cum caput grauius esse cœperit: sit quo confugiat. eiq; ex toto neq;
vinum neq; aqua semper vtilia sunt. medicamētum vtrumq; est: cum inuicē assumit
Scribere: legere: voce cōtendere huic opus nō est vtiq; post cœnā: postq̄ nec cogitatio
quidem ei satis tuta est: maxime tñ vomitus alienus est.

De his qui lippitudine: grauedine destillatiōe: tonsillisq; laborāt. Caput. v.

N Eq; vero his solis quos capitis imbecillitas torquet vsus aquæ frigidæ: pdest
sed his ē: quos assidue lippitudines: grauedines: destillatiōes: tonsillæq; ma
le habēt: His autem non caput tñ quottidie perfundendū est: sed os. quoq;
multa frigida aqua fouendū est. Præcipueq; oibus quibus hoc vtile auxiliū est: eo vte
dū est vbi grauius calū austri reddiderūt. Cumq; oibus inutilis sit post cibū aut con
tētio: aut cogitatio animi: tñ his præcipue: q̄ vel capitis vel arteriæ dolores habere cō
suerūt vel quoslibet alios oris affectus. Vitari ēt grauedines: destillatiōesq; possunt:
si quā minime eū: qui his oportunus est: aerē: uel loca aquasq; mutet. si caput i sole p
regit ne incendat: ne ue subitū ex repētino nubilo frigus id moueat. Si post cōcoctio
nem ieiunus caput radit. Si post cibum neq; legit: neq; scribit.

Ad solutam aluum remedia. Caput. vi.

Vem uero frequēter cita aluus exercet: huic opus ē pila similibusq; superiores
ptes exercere: dū ieiunus ē ambulare: vitare solis nimū ardore: cōtinua bal
nea: ungi citra sudore: nō uti cibis varijs: minimeq; uirulentis aut legumini
bus: oleribusue his quæ celeriter descēdūt: oia deniq; fugere q̄ tarde cōcoquūt. Vena
tio: durisq; pisces: & ex domesticis aiālibus assā caro maxime iuuat. Nunquā uinū sal
sū bibere expedit: ne tenue quidē aut dulce: sed austere: & pleniū: neq; id ipsū puctus.
Si mulso uti uolet: id ex decocto melle faciendū ē. Si frigide potiōes uentrē eius nō tur
bāt: his utēdum potissimū est. Si quid offēsa i cœna sensit: uomere debet: idq; poste
ro quoq; die facere. tertio modici ponderis panē ex uino esse: adiecta uua. uel olea: uel
ex defruto: similibusq; alijs. deinde ad cōsuetudinem redire. Sēper aut post cibum cō
quiescere: ac neq; intēdere animum: neq; ambulatione quāuis leui dimoueri.

Remedia ad coli dolorem. Caput. vii.

T si laxius intestinum dolere consuevit: quod colum nominant: cū id nihil
nisi genus inflationis sit: id agēdum est: ut cōcoquat aliquis: ut lectione & ali
js generibus exerceat: utat balneo calido: cibus quoq; & potiōibus calidis: de

LIBER PRIMVS.

niq; omnimō frigus euitet. itē dulcia oia: leguminaq; & quicquid inflare cōsuevit.

Quæ agenda sint stomacho laborantibus. Caput. viij.

Iquis uero stomacho laborat: legere clare debet post lectionē ambulare: tū
pila: vel armis: aliove quo genere: quo superior pars mouet: exerceri. Non
aquā: sed uinum calidū bibere ieiun⁹: Tum cibum bis die assumere: sic tñ vt

facile concoquat: Vt i vino tenui & austero: & post cibū frigidis potiōibus poti⁹. Sto
machum aut infirmū indicant: pallor: macies: præcordiorū dolor: nauſea & nolenti
um vomitus: in ieiuno dolor capitis. Quæ quo nō sunt: is firmi stomachi ē. Neq; cre
dēdum vtiq; nostris ē: qui cū in aduersa valetudine uinū aut frigidā aquam concupie
runt: delitiarū patrociniū in accusationem nō merētis stomachi habēt. At qui tarde

Att.

cōcoquunt: & quorū ideo præcordia inflant: quie ppter ardorem aliqū noctu sitire
cōsuerunt: antequam cōquiescant: duos tresue cyathos per tenuem fistulā bibāt. Pro
dest ēt aduersus tardam concoctionē clare legere: deinde ambulare tū vel vngi: vel la
uari assidue: uinū frigidum bibere: & post cibū magnā potiōē: sed vt supra dixi per fi
phonē. deinde oēs potiōnes aqua frigida includere: Cui uero cibus accessit: is ante cum
bibere aquam egelidam debet & uomere. At is cui ex hoc frequēs deiectio incidit: quo
tiens aluus ei cōstiterit: frigida potiōne potissimum vtatur.

Quid obseruandum sit dolore neruorū laborantibus. Caput. ix.

I cui uero dolere nerui solent: quod in podagra. chiragraue esse cōsuevit: huic
quantum fieri potest: exercendum id est. quod affectum est: obijciendumq;
labori & frigori: nisi cū dolor increuit. Sub diuo quies optima ē. Venus sem
per inimica est Concoctio: sicuti in oibus corporis affectibus necessaria est. Cruditas.

.n. id maxime lædit. & quotiēs offēsum corpus est: uiciosa pars maxime sentit. Vt cō
coctio autē oibus vitijs occurrit: sic rursus alijs frigus: alijs calor. Quæ sequi quisq; p
habitu corporis sui debet. Frigus inimicū est seni: tenui: vulneri: p̄cordijs: itestinis: uel
cæ: auribus: coxis: scapulis: naturalibus: ossibus: dētib⁹: neruis: uulue: cerebro. Idem
summā cutē facit pallidā: aridam: durā: nigrā. Ex hoc horrores. tremoresq; nascunt.

At pdest iuuenibus & oibus plenis. erectiorq; mens est & melius cōcoquit vbi frigus
quidē est: sed cauet. Aqua uero frigida infusa præter quam capitiēt stomacho pdest.
Item articulis doloribus: qui sunt sine vlceribus. itē rubicūdis nimis hominibus: si do
lore vacant. Calor autē adiuuat oia: quæ frigus infestat. itē lippientes: si nec dolor: nec
lacrimæ sunt. Neruos quoq; qui contrahunt p̄cipueq; ea vlcera: quæ ex frigore sunt.

Idē corporis colorem bonū facit: urinam mouet. Si nimius ē: corpus effœminat: ner
uos emolit: stomachū soluit. Minime uero aut frigus: aut calor tuta sunt: vbi subita in
suetis sūt. Nā frig⁹ lateris dolores: aliaq; vicia: frigida aq̄ strumas excitat. Calor cōco
ctionē phibet: somnū aufert: sudorē digerit. obnoxiiū morbis pestilētib⁹ corp⁹ efficit.

Obseruatio in pestilentia. sed de curatione. vide. 3. h. cap. 7. Caput. x.

St ēt obseruatio necessaria: qua quis in pestilētia vtatur adhuc integer: cum
tñ securus esse non possit: Tum igitur oportet peregrinari: nauigare. Vbi id
nō licet: gestari ambulare sub diuo ante æstum leniter: eodemq; mō vngi: &
vt supra comprahensum est: vitare fatigationem: cruditatem: frigus: calorem: libidi
nem: multoq; magis se continere si qua grauitas in corpore est. tum neq; mane surgē
dum: neq; pedibus nudis ambulandum est: minimeq; post cibum aut balneum. ne
q; ieiuno neq; cœnato uomendum est. Neq; mouenda aluus. atq; etiam si per se mota
est: comprimenda est. Abstinedum potius si pleniū corpus est. Itemq; vitādum bal

bonitas

Sio infirmj Sto

que in quo

Att. quibus uocalit⁹ potus
notu. et vide supra. e. 2.
in fine. in parte. ubi expletus est
et qui excludit. sicuti in 1. r.
clare legere. ule. e. 2.

Ad cum cui cibus accessit

Att. in paluora et chiraora

vid. sēp in iijmat. passionibus
neruorū.

quibus non est frigus
prodest

quibus aqua prodest frigus
uide. e. 4.

quibus calor prodest et
non est

calor corp⁹. præput ad p

tem

idez dicit alexander de
nensis. e. 5.



fuge somnu meridiana
Att. is huz biledi exuines
peregriantus Regimez

neum: sudor: meridianus somnus utiq; si cibus quoq; antecessit: qui tñ semel die tunc de cibo commodius assumit: insuper et modicus: ne cruditatem moueat. Alternis diebus inuicem modo aqua: modo vinu bibendum est. Quibus seruatis ex reliqua victus consuetudine quam minimum mutari debet. Cum vero hæc i oi pestilentia faciendæ sint: tum in ea maxime: quam austri excitant: Atq; etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt: vbi graui tempore anni discesserunt ex sui sedibus: vel vbi in graues regioes venerunt. Ac si cætera res aliqua prohibebit: utiq; abstinere debebit. Atq; ita ab vino ad aquam ab hac ad vinum eo qui supra positus est modo transitus ei esse.

CORNELII CELSI DE MEDECINA LIBER SECVNDVS.

Nstantis autem aduersæ valetudinis signa complura sunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquorū virorum uti maximeq; Hippocratis: cum recentiores quoq; medici: quamuis quædam in curationibus mutarint: tñ hæc illum optime prælagisse fateatur. Sed antequam dico quibus præcedentibus morborū timor subat: non alienum videtur exponere. quæ tempora anni: quæ

tempestatū genera: quæ partes ætatis: qualia corpora maxime tuta: vel periculis oportuna sint. quod genus aduersæ valetudinis in quoq; timeri maxime possit. Nō quo nō omni tpe in omni tempestatum genere ois ætatis: omnis habitus hominum per omnia genera morborū & agrotent & moriantur: sed quod frequentius tñ quædam eueniant. Ideoq; vtile est scire vnumquēq; quid & quando maxime caueat.

Quæ anni tēpora: quæ tempestatū genera: quæ partes ætatis qualia corpora vel tuta vel morbis oportuna sunt: & quæ valetudinis gen⁹ in quoq; timeri possit. Caput. I.

Gitur saluberrimum ver est: proxima deinde ab hoc hyems: periculiosior æstas. Autumnus lōge periculosissimus. Ex tempestatibus vero optimæ æquales sunt: siue frigida: siue calida: pessimæ: quæ variat maxime. Quo fit vt autūnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis tēpibus calor: nocturnis atq; matutinis: simulq; etiam vespertinis frigus est. Corpus ergo & æstate & subinde meridianis caloribus relaxatum: subito frigore excipitur. Sed vt eo tpe id maxime fit: sic quicquid: euenit noxium est. Vbi æqualitas autem est: tñ saluberrimi sunt sereni dies: meliores pluuij: quam tñ nebulosi aut nubili: optimiq; hyeme: qui omni vento vacant: estate quibus fauonij perflāt. Si genus aliud ventorū est: salubriores septentrionales q̄ subsolani vel austri sunt. Sic tñ vt in hæc interdum regionum forte mutantur. Nam fere ventus vbiq; a mediterraneis regiōibus veniens: salubris: a mari grauis est. Neq; solum in bono tempestatum habitu certior valetudo ē: sed priores morbi quoq; si qui inciderunt: leuiore sunt & præmptius finiuntur. Pessimum ergo celū est: q̄ agrum fecit: adeo vt in id quoq; genus: quod natura peius est in hoc statu: salubris mutatio sit. At ætas media tutissima est: quæ neq; iuuentæ calore: neq; senectutis frigore infestatur. Longis morbis senectus: acutis adolescentia magis patet. Corpus aut̄ habilissimū quadratum est: neq; gracile: neq; obesum. Nam longa statura vt in iuuenta decora est: sic matura senectute cōficitur. Gracile corpus: infirmum: obesum: hebes est. Vere tñ maxime quæcunq; humoris motu nouant in metu esse consuevit. Ergo tum lippitudines: pustulæ: profusio sanguinis: abscessus corporis: quæ apostemata græci nominant: bilis atra: quam melancholiam appellant: infania. morbus co

quadratum corpus

Att. hæc de hippo. circa pro
nostica

nam idēz. 2. affo. 7.
affo. finali
Morbi venales
Abscessus sūt apostemata

mitialis: angina: grauedines: destillationes oriri solent: Hi quoq; morbi: qui in articulis: neruisque modo vrgent: modo quiescunt: tum maxime & incoherentur & repetunt. At æstas non quidē vacat plerisq; ab his morbis: sed adijcit febres: vel continuas: vel ardētes: vel tertianas: vomitus alui: deiectiones: auricularū dolores: vlcera oris: cæcos & in cæteris quidē partibus: sed maxime obscenis: & quicquid sudore hominem resoluat. Vix quicquā ex his in autumnū non incidit: sed oriuntur eo quoq; tempore febres incertæ: licnis dolor: aqua inter cutē. tabes: quam græci ptihisin nominant: vrinæ difficultas: quam stranguriam appellant: tenuioris intestini morbus: quē ileon nominat. Fit item lenitas intestinorum: quæ licteria vocatur. coxæ dolores: morbi comitiales. Idemq; tempus & diutinis malis fatigatos & ab æstate tñ proxima pressos interimit & alijs nouis morbis conficit: & quosdam longissimis implicat: maximeq; quartanis: quæ per hyemem quoq; exerceant. Neq; aliud magis tempus pestilentia patet: cuiuscunq; generis ē quamuis varijs rationibus nocet. Hyems at̄ capitis dolores: tussim & quicquid in faucibus: in lateribus in visceribus mali cōtrahitur: irritat. Ex tempestatibus aquilo tussim mouet: fauces exasperat: ventrem astringit: vrinā suppressit: horrores excitat: item dolores lateris & pectoris. Sanum tamen corpus spissat & mobilius atq; expeditius reddit. Auster aures hebetat sensus tardat: capitis dolores mouet aluum soluit: totum corpus efficit hebes humidum: lægudum. Cæteri venti quo vel huic vel illi propriores sunt: eo magis vicinos his illisue affectus faciunt. Deniq; omnis calor: & iccur & licnem inflammat: mentem hebetat: vt anima deficiat: vt sanguis prorumpat efficit. Frigus modo neruorum distentionem modo rigorem infert illud σπασμὸς id est spasmus: hoc τρεῖς ἄνοοι. i. talismus græce nominatur: nigritiem in vlceribus: horrorem in febribus excitat. In siccitatibus acutæ febres: lippitudines: tormina: vrinæ difficultas: articulorū dolores oriuntur. Per ibres longæ febres: alui deiectiones angina: cancri: morbi comitiales: resolutio neruorū: q̄ paraly sin græci nominant. Neq; solū interest quæ dies sint: sed et̄ quæ ante præcesserint. Si hyems sicca septentrionalis ventos habuit ver autem austros & pluuias exhibet: fere subeunt lippitudines: tormina: febres: maximeq; in mollioribus corporibus: iōq; præcipue in mulieribus. Si vero austri: pluuiæq; hyemē occuparunt: ver autem frigidum & liccū est: grauidæ quidē feminæ quibus tum adest ptus abortu periclitantur. Hæc vero quæ gignunt: imbecillos vixq; vitales edunt. Cæteros lippitudo arida: & si seniores sunt: grauedines atq; destillationes male habent. At si a prima hyeme austri ad vltimum ver continuarūt: laterū dolores & infania febricitantiū: quæ phrenesin appellant: quæ celerrime rapiunt. Vbi primo calor a primo vere orsus æstatem quoq; similem exhibet necesse est multum sudorem in febribus subsequi. At si sicca æstas aquilones habuit: autūno vero ibres: austriq; sunt: tota hyeme: quæ proxima est: tussis: destillatio: rauicitas: in quibusdam et̄ tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoq; æq; siccus hisdem aquilonibus perflatur: oibus quidem mollioribus corporibus: inter quæ muliebria esse proposui: secunda valetudo contingit. Durioribus vero instare possunt & arida lippitudines: & febres partim acutæ: partim longæ: & hi morbi: qui ex atrabile nascuntur. Quod ad ætates vero pertinet. pueri: proximeq; his: vere optime valent & æstate prima tutissimi sunt. Senes æstate & autūni prima parte. Iuuenes hyeme. quiq; inter iuuentā senctuteq; sunt. inimicior senibus hyems: æstas adolescentibus est. Tu si qua ibecillitas orit̄ proximū est vt infantes: tenerosq; adhuc pueros serpentia vlcera oris: quæ aphthas græci nominant: vomitus: nocturnæ vigiliæ: auriū humor: circa vmbilicū inflammationes exerceat.

Morbi estinales

autumnales

Att. hoc pmo. f. 113.

quod tpe magis pestilens patet

hyemales

Morbi ex tēp. stantib; prouenientes

Op. tōes calor et febris

acutæ feb. ides apho. 5. tex. 7.

hoc dicit hippo. apho. 5. tex. 11.

hoc est hippo. apho. 5. tex. 12.

ides. apho. 5. tex. 13.

verbi quoniam etiam committunt

Aphthæ



Proprie et detentiu gingiuaru exulcerationes: distentiones neruoz: febriculae: alui deiectiones: maximeq; caninis detibus oriētibus male habēt. Quae pericula plenissimi cuiusq; sunt: & cui maxie veter astrictus ē. At ubi aetas paulū pcessit: glādula & vertebrae q̄ in spina sūt: aliqua inclinatioes: strumae: verrucae: quaedā genera dolētia: (acrochordōas graeci appellāt) & plura alia tubercula oriūt. Incipiēte vero iā pube ex his dē multae & lōge febres: sāguinis ex narib⁹ cursus. Maxieq; ois puericia primū circa q̄dragesimū diē: deide septimo mēse: tū septimo āno: postea circa pubertatē piclitaē. Si qua ēt genera morboꝝ i infātē inciderūt: ac neq; pubertate: neq; primis coitib⁹: neq; i formia primis mēstruis finita sūt: fere lōga sūt. Sepius tñ morbi pueriles: q̄ diutius māserūt: termināt. Adolecētia morbis acutis: itē comitialibus: tabiq; maxie obiecta est: fereq; iuuenes sūt. q̄ sāguinē expuūt. Post hāc aetate laterē & pulmōis dolores: lethargus: colera: ifania: sāguinis p q̄dā ēt velut ora venae: (haemorrhoidas graeci appellant) profusio. In senectute spiritus & vrinae difficultas: grauedo articuloꝝ & renū dolores neruoz: resultiōes. malus corporis habitus cachexia graeci appellāt) nocturnae vigilia: vitia lōgiora aurium: oculoꝝ: et narium: praecipueq; soluta aluus. q̄ secūt hāc tormia: vel leuitas intestinoꝝ: caeteraq; fusi ventris mala. Praeter hāc graciles: tabes: deiectiones: destillat. oēs: itē viscerū & laterū dolores fatigāt. Obesi plerūq; acutis morbi & difficultate sperandi strāgulāt. subitoq; saepe moriūt. Quod i corpore tēuiore vix euēit.

De signis aduersae valetudinis futurae. Caput secundū.

Nte aduersa at valetudinē: vt supra dixi: q̄dā notae oriūt: quarū oīum cōmūe ē. aliter se corpus habere atq; cōsuevit: neq; in peius tñ: sed ēt in melius: Ergo si plenior aliquis & speciosior & coloratior factus est: suspecta habere bōa sua debet. Quae quia neq; in codē habitu subsistere: neq; vltra p̄gredi possunt: fere retro quasi ruina quadā reuoluunt. Peius tñ signū est vbi aliq; cōtra cōsuetudinē emacruit & calore decorēq; amisit. qm̄ in his quae superant. est qd̄ morbus demat. in his quae de sunt: nō ē quod ipsū morbū ferat. Praeter hāc p̄tinus timeri debet. si grauiora mēbra sunt. si crebra vlcera oriunt. si corpus supra cōsuetudinē incaluit. si grauior somnus p̄ sit. si tumultuosa somnia fuerūt. si sapius exp̄giscit aliq; q̄ assuevit. deide itē soporatur si corpus dormiētis circa ptes aliq; cōtra cōsuetudinē insudat: maximeq; i ca pectus aut ceruices aut crura vel genua vel coxas. Item si marcet aiūs. si loqui & moueri piget. si corpus torquet. si dolor praecordioꝝ est. aut totius pectoris: aut in plurimis uenis capitis. si salua plēnū est os. si oculi cū dolore uertunt. si tēpora astricta sunt. si mēbra inhorrescūt. si spiritus grauior est. si circa frontē intentae uenae mouētur. si frequentes oscitationes: si gēua quasi fatigata sunt: totumue corpus lassitudinē fēcit. Ex quibus saepe plura nunquā non aliqua febrē antecedūt. In primis tñ illud considerandū est. Nūquid sapius hor; aliqd̄ eueniat: ac ideo neq; corporis ulla difficultas subsequat. Sunt enim quaedam proprietates hominū: sine quaz; notitia non facile quicq; in futurū praefagiri potest: Facile itaq; securus est i his aliquis: quae saepe sine periculo euasit. Ille sollicitari debet: cui hāc noua sūt: aut q̄ ista nūq; sine custodia sui tuta habuit.

Quae bona in aegrotantibus signa sint. Caput tertium.

Bi uero febris aliq̄ occupat: scire licet nō piclitari si in latus aut dextrū: aut si ni strū: ut ipsi usū ē cubat: cruribus paulū reductis. q̄ fere sani quoq; iacētis habitus ē: si facile cōuertit: si noctu dormit. Si interdū uigilat. si ex facili spirat. si nō cōflitāt. si circa umbilicū & pubē cutis plana ē. si p̄cordia eius sine ullo sēsu doloris aequaliter mollia i utraq; pte sūt. Quod si paulo tumidiora sūt: sed tñ digitis ce

in exercitiis ad sumu

dunt & nō dolent: hāc valetudo: vt spaciū aliquod habebit: sic tuta erit. Corpus quoq; quod aequaliter molle & calidum est: quodq; aequaliter totū insudat: & cuius febricula eo sudore finit: securitatē pollicet: qm̄ iam ad sanitatē venit corpus. Sternutamentū ēt inter bona iditia est. Et cupiditas cibi vel a primo seruata: vel ēt post fastidium orta. Neq; terrere debet ea febris: quae eodē die finita est. ac ne ea quidē: quae quis longiore tēpore euauit: tñ ante alterā accessionē ex toto quicuit sicut corpus integrū: quod ili crines graeci vocant: fieret. Si quis at incidit vomitus: mixtus esse & bile & pituita debet: & in vrina subsidere albū. leue. aequale: sic vt ēt si quae quasi nubeculae innatarint: in vnū deferant. At venter ei qui a periculo tutus est: reddit modo mollia figurat eodē fere tēpore: quo secunda valetudine assuevit: modo cōuenientia his quae assumunt peior cita aluus est. sed ne hāc quidē terrere protinus debet: si matutinis tēporib⁹ coacta magis est: aut si p̄cederet tēpore paulatim cōtrahitur & ruffa ē: neq; feciditate odoris similē aluū sūt hois excedit. Ac lubricos quoq; aliquos sub fine morbi descēdissē nihil nocet. Si inflamatio i superioribus p̄tib⁹ dolorē: tumorēq; fecit bonū signū ē. Sonus vētris ide ad inferiores ptes cuolutus: magisq; ēt si sine difficultate cū stercore excessit.

Mala signa aegrotantium. Caput quartum.

Contra grauis morbi piculū est: vbi supinus aeger iacet porrectis māibus & cruribus. Vbi residere vult in ipso acuti morbi ipetu: praecipueq; pulmōibus laborātibus. Vbi nocturna vigilia p̄mit: ēt si interdū somnus accedit. Ex quo tñ peior ē qui iter quartā horā & noctē: q̄ qui matutino tēpore ad quartā. Pessimū tñ est si somnus: neq; noctu neq; interdū accedit. Id enim fere sine cōtinuo dolore esse nō pōt. Aequae vero signū malū ē ēt somno vltra debitū vrgeri: peiusq; quo magis se sopor interdū: noctuq; cōtinuat. Mali etiam morbi testimoniū est vehemētē & crebro spirare: a sexto die coepisse inhorrescere: pus expuere: vix excreare: dolorē habere cōtinuum difficulter ferre morbū: iactare brachia & crura: sine volūtate lacrimare: habere hūore glutinosū dentibus inhaerētē: cutē circa vmbilicū & pubē macrā. praecordia inflāmata: dolētia. dura. tumidi. intētia: magisq; si hāc: dextra parte: q̄ sinistra sūt piculosisimū tñ est: si venae quoq; ibi vehemētē agitātur. Mali et morbi signū ē: nimis celeriter emacrescere: caput & pedes manusq; calidas habere ventre & lateribus frigentibus aut frigidis extremas partes acuto morbo urgente: aut post sudorem inhorrescere. aut post uomitū singultū ēē. uel rubere oculos. aut post cupiditatē cibi: postue lōgas febres hūc fastidire: aut multū sudare: maxieq; frigido sudore. aut habere sudores non p̄ totū corpus aequales: quicq; febrē non finiant: & eas febres: quae quotidie tēpore eodē reuertant: quae sepe pares accessiōes habeant: neq; tertio quoq; die leuetur quae cōtinuent: uei per accessiones increfant: p̄ discessiones tñ molliantur. nec unq; integrum corpus dimittant. Pessimū est si ne leuatur quidē febris: sed aequae concitata continuat. Periculosū est ēt post arquatū morbū febrē oriri utiq; si praecordia dextra parte dura manserunt ac dolentibus his leua. Nulla acuta febris leuiter terrere nos debet. Neq; unq; in acuta febre: ut a somno non est terribilis neruoz distentio. Timere ēt ex somno mali morbi est. Itemq; in prima febre protinus mentē esse turbatā: membrūe aliquod esse resolutū. Ex quo casu quāuis uita reddit: tñ id fere membrū debilitat. Vomitus ēt periculosus est sincerae pituitae uel bilis: peiorq; si uiridis aut niger est. At mala urina ē in qua subidit subrubra aut liuida deterior i quasi fila q̄dam tenuia atq; alba. pessima ex his si tanq; ex fuffuribus factas nubeculas representat. Diluta quoq; atq; alba uitiosa est: sed in phreneticis maxime. Aluus at mala est ex toto

de Sternutamento

timor ex somno neq; unq; uides hīs aphō. 4 aphō. 100. in febrib⁹



si in lateris dolore orta suppuratio: intra quadraginta dies purgari non potuit. At si longa tristitia cum longo timore & vigilia est: atra bilis morbus subest. Quibus saepe ex naribus fluit sanguis: his autem lienis tumet: aut capitis dolores sunt: quos sequitur ut quaedam ante oculos tanquam imagines obuersent. At quibus magni lienes sunt: his gingivae male sunt: & os olet: aut sanguis aliqua parte prorumpit. Quorum si nihil euertit: necesse est in cruribus mala ulcera: & ex his nigre cicatrices fiant. Quibus causa doloris neque sensus eius est his mens labat. Si in ventre sanguis confluit ibi in pus vertit. Si a coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus transit: neque vllum signum malum accessit suppurationis eo loco piculum est. Quibus sine febre aliqua ex parte dolor aut prurigo cum rubore aut calore: est ibi aliquid suppurat. Urina quoque quae in homine sano parum liquida est: circa aures futuram aliquam suppurationem esse denunciat. Haec vero cum sine febre quoque vel latetium vel futurae rerum notas habeat: multo certiora sunt ubi febris accessit: atque est aliorum morborum tum signa nascuntur. Ergo pertinens insania timida est: ubi expeditior alicuius: quam sani fuit sermo est: subitaneaque loquacitas orta est: & haec ipsa solito audacior: aut ubi raro quis & vehementer spirat: venasque concitatas habet precordiis duris & tumetibus. Oculorum quoque frequens motus: & in capitis dolore offusa oculis tenebra: vel nullo dolore substat somno ereptus: continuataque nocte & die vigilia: vel perstratum contra consuetudinem corpus in ventre sic ut ipsius alui dolor id non coeperit. Item robusto adhuc corpore insolitus detinuit stridor: insania signa sunt. Si quod est abscessit antequam suppuraret manente adhuc corpore insolita febre subsedit: piculum affert primum furoris: deinde interitus. Auris quoque dolor acutus cum febre continua vehementerque saepe mentem turbat: & ex eo casu iuniores: interdum intra septimum diem moriuntur seniores tardius. quam neque aequae magnas febres experiunt: neque aequae insaniunt. ita sustinet dum his affectus intus versatur. Suffuse quoque sanguine mulieris mame: furor est veterum esse testantur. Quibus autem longae febres sunt: his aut abscessus alique: aut articulorum dolores erunt. Quorum faucibus in febre elidit spiritus: istat his nervorum distentio. Si angia subito finita est in pulmonem id malum transit: idque saepe intra septimum diem occidit. Quod nisi icidat: sequitur ut aliqua parte suppuret. Deinde post alui longam resolutionem: tormina. Post haec intestinorum leuitas oritur. Post nimias distillationes: tabes. post lateris dolores: vitia pulmonum. post haec: insania. Post magnos feruores corporis: nervorum rigor aut distentio. Ubi caput vulneratum est: delirium. Ubi vigilia torfit: nervorum distentio. Ubi vehementer venae super ulcera mouentur: sanguinis pluuium erit. Suppuratio vero pluribus morbis excitat. Nam si longa febris sine dolore: sine manifesta causa remanet: in aliqua parte id malum incubit: in iunioribus tamen. nam in senioribus ex eiusmodi morbo quartana fere nascitur. Eadem suppuratio fit: si precordia dura dolentia ante vigesimum diem hominem non sustulerunt: neque sanguis ex naribus fluxit maximeque in adolescentibus utique: si iter principia aut oculorum caligo: aut capitis dolores fuerunt. sed cum inferioribus partibus aliquid abscessit. Aut si precordia tumore molle habet neque habere intra sexaginta dies desinunt: haeretque omne id tempus febris. Sed tum in superioribus partibus fit abscessus: ac si inter ipsa ulcera non fuit: circa aures erumpit. Cumque omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet: magis eo tendit is: qui in precordiis: quam is: qui infra est. Si lassitudinis est sensus in febre est: vel in maxillis: vel in articulis aliquid abscedit. Interdum quoque urina tenuis & cruda sic diu fert: ut alia salutaria signa sint. Ex quo eo casu plerumque infra transversum septum: quod diaphragma graeci uocant: fit abscessus. Dolor autem pulmonis si neque per sputa: neque per cucurbitulas: neque per sanguinis detractionem: neque per uictus rationem finitur est uomicas aliquas interdum excitat aut circa uigesimum diem: aut circa quadraginta

b iiii

his: quibus voluntas desiderandi est: venter nihil reddit: nisi & aegre & durum: tumor in pedibus est idemque modo dextra: modo sinistra parte ventris inuicem oritur atque finitur. sed a iecino re id malum perficisci videtur. Eiusdem morbi nota est: Ubi circa umbilicum intestina torquentur (Strophon graeci nominant) coxaeque dolores manent: eaque neque tempore neque remedijs soluantur. Dolor autem articulorum put in pedibus manibus aut alia qualibet parte sic est: ut eo loco nervi contrahantur: aut si id membris ex leui causa fatigatum aequae frigido calidoque ostenditur: podagra chiragramue: vel eius articuli inde id sentitur morbum futurum esse denunciat. Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit: deinde fluere desinit: hi vel capitis doloribus confluentem necesse est: vel in articulis aliquas exulcerationes graues habeant: vel aliquo morbo esse debilitentur. Quibus feminis menstrua non pueniunt: necesse est capitis acerbissimi dolores sint: vel quilibet alia pars morbo infestetur. Eademque his pericula sunt quibus articulorum vitia dolores tumoresque sine podagra similibusque morbis oriuntur & desinunt. Vtque si saepe tempora huiusmodi dolent: nocturnaque corpora insudant: si frons prurit lipitudinis metus est. Si mulier a parte vehementes dolores habet: neque propter ea signa mala sunt: circa vigesimum diem aut sanguis per nares erumpet: aut in inferioribus partibus aliquid abscedet. Quicumque est dolore ingente circa tempora & frontem habebit: is alterutra ratione cum finiet magisque si iuuenis erit: per sanguinis perfusionem: si senior: per suppurationem. Febris autem quae subito sine ratione sine bonis signis finita est: fere reuertitur. Cui fauces sanguine & interdum & nocturne replet sic ut neque capitis dolores: neque precordiis: neque tussis: neque vomitus: neque febriacula percussit: huius autem in naribus aut in faucibus ulcus reperitur. Si mulieri ex igne febriacula orta est: neque causa apparet: ulcus in vulua est. Urina autem crassa ex qua quod desiderat albu est: significat circa articulos: aut circa viscera dolore metumque morbi esse. Eadem viridis aut viscerosa dolore tumorumque cum aliquo piculo subesse: aut certe corpus integrum esse testatur. At si sanguis aut pus in urina est: vel viscosa vel renes exulcerati sunt. Si haec crassa carunculas quasdam exiguas quasi capillos habet: aut si bullat & male olet & interdum quasi harenam interdum quasi sanguinem trahit: dolent autem coxae: quaeque inter has super quae pubes sunt: & accedunt frequentes ructus: interdum vomitus biliosus: extremaque partes frigescunt: urinae crebra cupiditas sed magna difficultas est: & quod idem excretum est aequae simile vel ruffum vel palidum est: paulum tamen in eo lauamenti est: aluus vero cum multo spiritu reddit: utique in renibus vitium est. Aut si paulatim destillat: vel si sanguis per haec edit: & in eo quaedam cruenta coepta sunt: idque ipsum cum difficultate reddit: & circa pubem inferiores partes dolent: in eadem vesica vitium est. Calculosi vero his inditijs cognoscunt. Difficiliter urina reddit: paulatimque interdum est sine voluntate destillat. Eadem harenosa est: nonnumquam aut sanguis: aut cruentum aut purulentum aliquid cum ea excernitur. Eaque quidam propius recti: quidam resupinati. maximeque hi qui grades calculos habent: quidam est inclinati reddunt: colicque extendendo: dolore leuant. Grauitatis quoque cuiusdam in ea parte sensus est: atque ea cursu omnique motu augetur. Quidam est cum torqueat pedes iter se subinde mutatis vicibus implicat: Feminae vero oras naturalium suorum manibus admotis scabere crebro cogunt: Nonnumquam si digitum admouerunt ubi vesicae cervice is urget calculum sentiunt. Atque spumantem sanguinem excreant: his in pulmone vitium est. Mulieri grauidae sine modo fusa aluus elidere partum potest. Eadem si lac ex mammis profluit: ibecillum est quod intus gerit. Duram mamam sanam illud esse testatur. Frequens singultus & propter consuetudinem continuus: iecur inflammatum esse significat. Si tumores super ulcera subito esse desierunt: idque a tergo incidit. uel distentio nervorum: uel rigor timeri potest. At si a priore parte id euenit: uel lateris acutus dolor: uel insania expectanda est. Interdum est huiusmodi casus: quae tutissima inter haec est: perfusio alui sequitur. Si ora uenas sanguinem solita fudere subito suppressa sunt: aut aqua inter cutem: aut tabes sequitur. Eadem tabes subit

in mōs suus deficiat

conos. m. mulierib.

sig. m. blaxis in bulua

sig. ex brina

At si. id. aph. 4. tex. 75.

signa calculosi.

de timore blaxis. et vide. fol. 40. m. p. et. 5. aph. 60.

quicquid dolores aliquid con
apho. 2. tex. 6.
si ne vider. id. 3. apho. 6. tex.signa. feruere insanie et m
terius

suffuse. id. apho. 2. tex. 40

hoc dicit hippo. lib. de humore
quor. id. 3. apho. 6. tex. 65

id. apho. 4. tex. 51.

septu transversu est dia
phragma

simum nonūquā etiam circa sexagesimū. numerabimus autē ab eo die: quo primum febricitauit aliquis: aut inhorruit: aut grauitatē eius partis sensit. Sed hæ vomica modo a pulmōe: modo a cōtraria parte nascunt. Quod suppurat ab ea parte quā afficit dolore inflātionēque cōcitat ipsum calidus ē: & si i partē sanam aliquis decubuit: onerare eam ex pondere aliquo videtur. Ois etiā suppuratio quæ nondū oculis patet sic deprehendi potest. Si febris nō dimittit: eaq; interdū leuior ē: noctu increfcit: multus sudor oritur: cupiditas tussendi est & pene nihil i tussi excreat: oculi caui sūt: malæ rubent venæ sub lingua inalbescunt: in manibus fiunt adunci vngues: digiti: maxie q; sumi: pallēt in pedibus tumores sunt: spiritus difficiliter trahit: cibi fastidiū ē pustulæ toto corpore oriūt. Quod si p̄tin⁹ initio dolor & tussis fuit & spiritus difficultas: vomica vel ante vel circa vigesimū diē crumpet. Si serius ista cōperint: necesse ē quidē increfcant. sed quo minus cito affecerint: eo tardius soluentur. Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vnguibusq; nigrescere. Quod si non est mors consecuta & reliquum corpus inualuit: pedes tamen decidunt.

Quæ notæ in quoq; morbi genere vel spem vel pericula ostēdāt. ^{o. d. iij} Caput septimū.

Equitur ut i quoq; morbi genere pprias notas explicē: quæ vel spē vel piculū ostēdāt. Ex vesica dolēte si purulenta vrina processit: ique ea leue & albū subse dit: metū detrahit. In pulmonis morbo si sputo ipse leuatur dolor quāuis id purulētū est: tñ ager facile spirat: facile excreat: morbū ipsū nō difficulter fert: potest ei secunda valetudo cōtingere. Neq; inter initia terreri cōuenit: si p̄tinus sputū mixtū est ruffo quodā & sāguine: dūmodo statim edat. Laterū dolores suppuratiōe facta: deinde intra quadagesimū diē purgata finiūt. Si i iocinere vomica ē & ex ea fert pus purū & album: salus ei facilis. Id enim malū in tunica ē. Ex suppuratiōibus vero hæ tollerabiles sūt: quæ in exteriorē partem ferūtur & acuūtur. Et ex his quæ intus procedūt: hæ leuiores: quæ cōtra se cutē non afficiūt eamq; & sine dolore esse & eiusdem coloris: cuius reliquæ ptes sūt: sinunt esse. pus quoq; quacūq; pte erūpit: si ē leue albū & vnius coloris: sine ullo metu ē: & quo effuso febris p̄tinus cōquiescit: desierūtq; urge re cibi fastidiū & porionis desideriu: si quādo ē suppuratio descendit i crura: sputum q; eius lem factum pro ruffo purulentū est: periculi minus est. At i tabe eius qui salu⁹ futurus est: sputū esse debet albū æquale totū: eiusdēq; coloris sine pituita: eiq; etiam simile esse oportet si quid in nares a capite destillat. Longe optimū est febrem omnino non esse: secūdū est: tantulū esse: ut neq; cibū impediāt: neq; crebram sitim faciat. Aluus i hac valetudine ea tuta est: quæ quotidie coacta: eaq; cōueniētia his q; assumū tur reddit. Corp⁹ id qd̄ m nime tēue maxieq; lati pectoris atq; fetosi ē. cuiusq; cartilago exigua & carnosa ē. Sup tabē si mulieri quoq; suppsa menstrua fuerūt & circa pectus atq; scapulas dolor māsit: subitoq; sāguis erupit: leuari morb⁹ solet. Nā & tussis minuit & sitis atq; febricula desinūt. Sed iisdē fere nisi redit sāguis: uomica erūpit: q̄ quo cruētior eo melior ē. Aqua at iter cutē minime terribilis est: q̄ nullo antecedente morbo cōperit. deinde q̄ longo morbo supuenit. Vtiq; si firma viscera sūt: si spiritus facilis. si nullus dolor. si sine calore corpus est æq̄literq; in extremis p̄tib; macrum ē: si uenter mollis. si nulla tussis: nulla sitis: si lingua ne plomnū qd̄ inarescit. si cibi cupiditas ē. si ueter medicamētis mouet. si per se excernit mollia & figurata. si extenuat. si uria & unī mutatiōe & cōtis aliqbus medicamētis mutat. Si corp⁹ sine lassitudine ē & morbū facile sustinet. si qd̄ i quo oia hæc sūt: is ex toto tutus ē i quo plura. ex his sūt: is in bona spe est. Articulorum uero uicia ut podagræ chiragræq; si iuuenes tenta

runt. neq; callū induxerūt: solui possunt: maximeq; torminibus leniuntur & ex quocūq; modo venter fluit. Itē morbus comitialis ante pubertatē ortus nō ægre finitur: & in quo ab vna pte corporis venientis accessiōis sensus incipit. optimū est a manibus pedibusue initiū fieri: deinde a lateribus: pessimū iter hæc a capite. Atq; in his quoq; ea maxime p̄sunt: quæ p̄ deiectiones excernūt: Ipsa at deiectio sine vlla noxa est: q̄ sine febre est: si celeriter desinit: si cōtracto vtre nullus motus eius sentit: si extremā aluū spiritus sequit. Acria tormina quidē piculosa nō sunt: si sāguis & strigmēta descēdūt: dū febris cæteraq; accessiōes huius morbi absint. adeo ut et grauida mulier nō solū reseruari possit: sed et partū reseruare. Prodestq; i hoc morbo si iā ætate aliq; p̄cessit. Contra intestinoꝝ leuitas facilius a teneris ætatibus depellitur: vtiq; si ferri vrina & ali cibo corpus incipit. Eadē ætas p̄dest & i coxæ dolore & humeroꝝ & in oī resolutiōe neruorū. Ex quibus coxa si sine torpore ē: si leuiter friget: quis magnos dolores habet: tñ & facile & mature sanat: resolutūq; mēbrū si nihilominus aliter fieri sanū pōt. oris resolutio ē aluo cita finit. Oisq; deiectio lippienti p̄dest. At varix ortus: vel p̄ ora venarū subita p̄fusio sanguinis: vel tormina: infantiā tollūt. Humerorū dolores: qui ad scapulas uel manus tēdunt: uomitu atræ bilis soluunt. Et quisq; dolor deorsū tēdit: sanabilius est. Singultus sternutamētō finit: Longas deiectiones supprimit uomitus: mulier sāguinē uomēs p̄fusis mēstruis liberaat. Quæ mēstruis nō purgat: si sāguinē ex naribus fudit: oī piculo uacat. Quæ locis laborat: aut difficulter ptū edit: sternutamētō leuat: æstua quartana fere breuis ē cui calor & tremor ē: saluti deliriū ē. Lienosis bona tormina sunt. Deniq; ipsa febris: qd̄ maxie mirū uideri pōt: sæpe p̄sidiū est. Nā & p̄æcordioꝝ dolores si sine inflāmatiōe sūt: finit & i iocineris dolore succurrit. & neruorū distētiōe rigorēq; si postea cōperit: ex toto tollit. & ex difficultate urinæ morbum tenuioris i testini ortū: si urinā p̄ calorē mouet: leuat. At dolores capitis qbus oculoꝝ caligo & rubor cū quadā frōtis purigine accēdūt: sāguinis p̄fusiōne uel fortuita uel et petita sūt mouent. Si capitis ac frōtis dolores ex uēto uel frigore aut æstu sūt: grauedine & sternutamētis finiunt. Febrē at ardētē: quā græci causodē uocāt: subitus horror exoluit. Si i febre aures obtusæ sūt: si sāguis e naribus fluxit: aut ueter resolutus est: illud malū desinit ex toto. Nihil plus aduersus surditatē quā biliosa aluus pōt. Quib⁹ i fistula uria uti minuti abscessus: quos thymata græci uocāt: esse cōperūt: ijs ubi pus ea pte p̄fluxit: sanitas reddit. Ex qbus cū pleraq; p̄ se pueniāt: scire licet interea quoq; quæ ars adhibet: naturā plurimū posse. Cōtra si caput febre cōtinēti dolet: neq; quæ reddat: malū atq; mortiferū ē: maxieq; id piculū ē pueris a septio anno ad quartūdecimū. In pulmōis morbo si sputū primis diebus nō fuit: deinde a septio die cōperit & ultra septimū māsit piculosū ē. Quātoq; magis mixtos nōq; iter se diductos colores habet tāto deterius. Et tñ nihil peius ē q̄ sincerū id edi: hæc ruffū ē: siue cruētū: siue albū: siue glutiosū: siue pallidū: siue spumās nigrū tñ pessimū ē. In eodē morbo piculosa sunt tussis: destillatio: et quod alias salutare habetur sternutamētū. Periculo sissimū q; est si hæc secuta subita deiectio est. Fere uero q̄ i pulmōis: eadē i lateris doloribus & mitiora signa & asperiora esse cōsuerūt. Ex iocinore si pus cruētū exit: mortiferū ē. At ex suppuratiōibus hæc pessime sunt: quæ intus tendunt sic ut exteriorē quoq; curē decolorent. Ex his deinde: quæ in exteriorē partem p̄rumpit: quæ maxie: quæq; planissime sunt. Quod si nē rupta quidē uomica uel pure extrinsecus emissio febris quieuit: aut quis geuerit: tñ repetit. item si sitis est: si cibi fastidiū: si ueter liquidus: si pus ē liuidū & pallidū: si nihil æger excreat: nisi pituitā spumātē: piculū certū ē. Atq; ex his qd̄ suppuratiōib⁹ q̄s pulmonū morbi cōcitarūt: fere senes moriūt ex cæteris iuiores.

de epilepsia

idez aph. 7. v. 5. et
de morbis. ad p̄ncipiū
ex narib⁹. aut ore. ut codex
de quartana demorbi

febrē. vide aph. 4. v. 5
si in feb. ide. 4. aph. 4. v. 5
qui b̄r̄s̄c̄s̄q; m̄s̄c̄s̄q;
qbus. idez. aph. 7. v. 5.
si in feb. ide. 4. v. 5.

sig. pulmōis ex sp̄to
contra si caput. vide hic
prognosis. coru. 2. v. 5.
et multum si forte quid
cū hac s̄ma.



De tibe

Aqua inter cutem

apho. v. xx. 77

si nec nodosus nescit medi-
cina p[ro]lagam

De epilepsia

prenosura

At in tibe sputum mixtum purulentum: febris assidua: quæ & cibi tempora eripit & sicut affligit in corpore tenui periculū subesse testat. Si quis est in eo morbo diutius traxit: ubi capilli fluunt: ubi vrina quædam araneis similia subsidencia ostendit. atque in his odor foedus est: maximeque ubi post hæc orta deiectionis est: primum moritur. Vtque si tempus autūni est: quo fere qui cætera parte anni traxerunt: resoluuntur. Itē pus expulisse in hoc morbo: deinde ex toto spere defuisse: mortiferū est. Solēt et in adolescentibus ex eo morbo vomitæ: fistulæque oriri: quæ non facile sanescunt: nisi si multa signa bonæ valetudinis subsicura sunt. Ex reliquis vero minime facile sanant virgines: aut hæc mulieres: quibus supra tabem mēstrua suppressa sunt. Cui vero sano subito dolor capitis ortus est: dein somnus oppressit sic ut stertat: neque expergiscat: intra septimū diē pereūdum est: magis si cum aluus cito non antecesserit. Si palpebræ dormientis non coeunt. si album oculorum apparet. Quos tamen ita mors sequitur: si id malū non est febre discussum. At aqua inter cutē si ex acuto morbo cepit: ad sanitatē raro perducit. utique si contraria his quæ supra posita sunt subsequuntur. æque in ea quoque tussis spem tollit. Itē si sanguis sursum deorsumque erupit: & aqua mediū corpus impleuit. Quibusdam et in hoc morbo tumores oriuntur: deinde desinunt deinde rursus assurgunt. Hi quidem tutiores sunt: quæ qui supra comprehensi sunt: si attenduntur. Sed fere fiducia secundæ valetudinis opprimunt: Illud iure aliquis mirabitur: quod quædam simul & affligunt nostra corpora & parte aliqua tueant. Nam siue aqua inter cutē quæ impleuit: siue in magno abscessu multum puris coeuit: simul id omne effudisse æque mortiferū est: ac si quis sani corporis vulnere factus exanguis est. Articuli vero qui sic dolent ut supra eos ex callo quædam tubercula innata sunt: nunquam liberant. quæque corporis vitia vel in senectute ceperunt: vel in senectute ab adolescentia puenerunt: ut aliqui leniri possunt: sic nunquam ex toto finiunt. Morbus quoque comitialis post annū quintū & vigesimū ortus ægre curatur: multoque ægrius his qui post quadragesimū annū cepit: adeo ut in ea ætate aliquid in natura spei vix quæquam in medicina sit. In eodem morbo si simul totū corpus afficit: neque ante in partibus aliquis venientis mali sensus est: sed homo ex improviso concidit. cuiuscumque ætatis est vix sanescit. Si vero aut menses læsa est: aut nervorum facta resolutio: medicina locus non est. Deiectionibus quoque si febris accessit: si inflammatio iocineris: aut præcordiorum: aut venteris: si immodica fitis: si longius tempus: si aluus varia: si cum dolore est: et mortis periculū subest: maximeque si inter hæc tormina vetera esse ceperunt: Isque morbus maxime pueros absorbit usque ad annū decimū. Cæteræ ætates facilius sustinet. Mulier quoque grauida eiusmodi casu rapi potest: atque et si ipsa conualuit: partum tamen perdit. Quin et tormina ab atra bile orta mortifera sunt. aut si sub his extenuato iam corpore subito nigra aluus præfluxit: aut intestinorum leuitas: Periculosior est: si frequens deiectionis est. Si venter omnibus horis & cum somno & sine hoc præfluit. Si similiter noctu & interdiu. Si quod excernitur aut crudum est: aut nigrum: & præter id etiam leue & mali odoris fit: si fitis urget. si post potionē vrina non redditur. quod euenit quia tunc liquor omnis non in vesicam: sed in intestina descendit. si os exulceratur. si rubet facies & quasi maculis quibusdam colorum omnium distinguitur. si venter est quasi fermentatus: pinguis atque rugosus: si & cibi cupiditas non est. Inter quæ cum euidentis mors sit multo euidentior est: si iam longum quoque id vitium est: maxime etiam si in corpore leni est. si vero in tenuiore intestino morbus est: uomitus: singultus: nervorum distentio: delirium mala sunt. At in morbo arquato durum fieri iecur perniciosissimum est. Quos lienis male habet si tormina prehenderunt: deinde inuersa sunt: uel in aquam inter cutem: uel in intestinorum leuitatem: uix ulla medicina pericu-

lo subtrahit. Morbus intestini tenuioris: nisi resolutus est: intra septimum diem occidit. Mulier ex partu si cum febre vehementibus est & assiduis capitis doloribus premit: in periculo mortis est. si dolor atque inflammatio est in his partibus: quibus viscera continent: frequenter spirare signum malum est. Si sine causa longus dolor capitis est: & in ceruices ac scapulas transit: rursusque in caput reuertitur: aut a capite ad ceruices scapulasque peruenit: perniciosus est: nisi vomitum aliquam excitauit sic: ut pus extussiret. aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit: aut nisi in capite multa prurigo: totou corpore pustula ortæ sunt. Atque magnum malum est ubi torpor atque prurigo peruagantur modo per totum caput modo in parte: aut sensus alicuius ibi quasi frigoris est: eaque ad summam quoque linguam perueniunt. Et cum in hisdem abscessibus auxilium sit: eo difficilior sanitas est: quo minus sæpe sub his malis illi subsequuntur. In coxæ vero doloribus si vehemens torpor est: frigescitque crus & coxa: aluus nisi coacta non reddit: idque quod excernit mucosum est: iamque ætas eius hominis quadragesimum annū excessit: is morbus erit longissimus: minimeque annuus: neque finire poterit: nisi aut vere autumno. Difficilis a que curatio est in eadem ætate ubi humerorum dolor: vel ad manus peruenit: vel ad scapulas tendit: torporemque & dolorem creat: neque bilis vomitu leuatur. Quæcumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est: si neque mouetur & emacrescit: in pristinum habitum non reuertitur: eoque minus quo vetustius id vitium est: & quo magis in corpore senili est. Oportet resolutio neruorum ad medicinam non idonea tempora sunt: hyems & autūnus. aliquid separatum post vere & ætate. Isque morbus mediocris vix sanatur. vehemens sanari non potest. Oportet etiam dolor minus medicina patet: qui sursum præcedit. Mulieri grauidæ: si subito menses emacruerunt: abortus periculum est. Quæ neque peperit: neque grauida est si lac habet a mēstruis defecta est. Quartana æstiuæ breuis: aut æstiuæ ferè longa est maximeque quæ cepit hyeme appropinquante. si sanguis præfluxit. deinde secuta est demētia cum distentione neruorum: periculū mortis est. Itemque si medicamentis purgatum & adhuc inanem neruorum distentio oppressit: aut si in magno dolore extremæ partes frigent. Neque is ad vitam redit: qui ex suspensio spumante ore detractus est. Aluus nigra sanguini atro similis repentina siue cum febre siue etiam sine hac est: perniciosa est.

de cruxa

ideq. apho. v. xx. 77

que. ideq. ubi supra. xx. 77

quartana. ideq. apho. v. xx. 77

si sanguis. ideq. apho. v. xx. 77

ideq. apho. v. xx. 77

De morborum curationibus. Caput octauum.

Ognitis inditijs: quæ nos vel spe consulentur: vel metu terreat: ad curationes morborum transcendunt. Ex his quædam communes sunt: quædam proprie communes: quæ pluribus morbis opitulantur. Proprie: quæ singulis. Ante de communibus dicam. Ex quibus tamen quædam non agros solū: sed sanos quoque sustinent. quædam in aduersa tamen valetudine adhibentur. Omne uero auxilium corporis: aut demit aliquam materiam: aut adiecit: aut euocat: aut reprimit: aut refrigerat aut calefacit: si mulque aut durat aut mollit. Quædam non vno modo tantum: sed etiam duobus inter se non contrarijs adiuuant. Demitur materia: sanguinis detractione: cucurbitula: deiectione: uomitu: frictione: gestatione: omni que exercitatione: corporis abstinentia: sudore. De quibus protinus dicam.

De sanguinis detractione per venas. Caput viij.

Anguinem incisa uena mitti nouum non est. Sed nullum pene morbum esse in quo non mittatur: nouum est. Item mitti iunioribus & sceminis uterū non gerentibus: uetus est. In pueris uero idem experiri & in senioribus & in grauidis quoque mulieribus: uetus non est. si quidem antiqui primam ultimamque ætatem sustinere non posse hoc auxilij genus iudicabat: persuaserantque sibi mulierem grauidam:

hoc auxilij genus. si sanguinis missione qualē antiqui exercebant. si nimis copiosa si aut ex hippo. et gal. constat. de hoc uidi fuchsium. apho. v. xx. 77.

de stomia in prægnantibus. de qua uide habebat. p. prætic. 19. et tertia. dca. 106. ar. 3. et. 4. p. e. 20. p. p. 100. nis præterea. et. 7. col. e. 7.

T vomitus vt in secunda quoq; valetudine saepe necessarius biliosus est: sic et in his morbis: quos bilis concitauit. Ergo oibus: qui ante febres horrore & tremore vexantur: omnibus: qui colera laborant: omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus: & comitiali quoq; morbo oppressis: necessarius e. Sed si acutus morbus est: sicut i colera si febris e: vt inter horrores: asperioribus medicamentis opus non est. sicut in deiectionibus quoq; supra dictu est: satisq; est ea vomitus causa sumi: quae sanis quoq; sumeda esse proposui. At vbi longi valentesq; morbi sine febre sunt: vt comitialis aut insania: veratro quoq; albo vtendu est: Id neq; hyeme neq; a stare recte datur: optime vere: tolerabiliter autumno. Quisquis daturus erit: id agere ante debet vt accepturi corpus humidius sit. Illud scire oportet. oem eiusmodi medicamentu qd potui datur: no semp agris pdesse: sepe sanis nocere. **De frictione.** Caput. xiiij

E frictione vero & gestatione adeo multa Aesclepiades taq; iueto eius posuit: qd i eo volumine quod comuniu auxilioy scripsit: cu triu tmi faceret mentione: huius & equi & gestationis: tm maximam partem i hoc consumpsit. Oportet at neq; recitiores viros i his fraudare: quae vel reppererunt: vel recte secuti sut. & tm ea: quae apud antiquiores aliquos posita sunt: auctoribus suis reddere. Neq; dubitari pot gn latius qde & dilucidius vbi & quomodo frictione utedu esset Aesclepiades praecerit: nihil tm reppererit: quod no a uetustissimo auctore Hippocrate paucis uerbis coprehensum sit q dixit. frictione si uehemes sit: durari corpus: si leis molliri: si multa: minui: si modica ipleri. Sequit ergo ut tu utedu sit: cu aut astringedu corpus sit qd fluens e. aut molliedu qd iduruit. aut digeredu i eo qd copia nocet. aut aledu id q tene & firmu e. Quas tm species si qs curiosius aestimet qd ia ad medicu no ptnet: facile itelliget oes ex una ca pedere q demit. Na & astringit aliqd eo depro: qd iterpositu ut id laxaretur: effecerat. & molliet eo de tracto: qd duricie creabat & iplet no ipsa frictione: sed eo cibo: q postea usq; ad cure digestionem quadam relaxata penetrat. Diuersaru uero reru i mo ca est. Inter unctione at & frictione multu itere est. Vngi. n. leniterq; ptractari corpus et in acutis & recetibus morbis oportet: i remissione tm & ante cibum. Loga uero frictione uti neq; i acutis morbis neq; icrescetibus couent: prater q cu phreneticis sonus ea regnit. A mat at hoc auxiliu ualetudo loga & ia a prio ipetu inclinata. Neq; ignoro quosda dicere oem auxiliu necessariu esse icrescetibus morbis: no cu ia p se finiut. Quod non ita se habet. Pot. n. morbus et q p se sine habiturus e: citius tm adhibito auxilio tolli. qd duabus de causis necessariu e: ut & qprimu boa ualetudo cotingat & ne morbus q remaet iteru quauis leui de ca exasperet. Pot. n. morbus minus grauis esse q fuerit: neq; io tm solui: sed reliquijs qbusda iherere: qs admotu aliquod auxiliu discutit. Sed ut leuata quoq; ad uersa ualetudie recte frictio adhibet: sic nuq; adhibeda e febre icrescete. Veru si fieri poterit cu ex toto corpus ea uacabit: minus certe cu ea remisit. Eode at mo itutis corporib esse debet: ut cu ifirmus aliqs iplendus mo e i pribus: aut ga ipius eius mebr i becillitas id requirit: aut ga alterius. Na & capitis logos dolores ipsius frictio leuat. No ipe tu tm doloris & mebru aliqd resolutu ipsius frictioe cofirmat. Loge tm saepius aliud p fricadu e cu aliud dolet: maxieq; cu a sumis aut a medijs ptib corpus euocare materia uolumus: ioq; extremas ptes pfricamus. Neq; audiendi sunt: q nuero finiut quoties aliqs pfricadus sit. Id. n. ex uirib hois colligedu e. Et si is pifirm e: pot satis ee qnq; gies si robustior: pot ducetis esse faciendu. Inter utruq; deide put uires sut. Quo fit ut et minus saepe i muliere q i uiro: minus saepe i puero uel sene: q i iuueue manus dimoueda sint. Deniq; si certa mebra pfricat multa ualentiq; frictioe opus e. Na neq; totu corpus

dominus in secunda valetudine sepe necessarius est

de tpe sumedi eleborus

de eleboro albo

notare. periculosus n. ut sanas carnes henti b. 4. affo. 3. affo. 10.

locu istu citat oribasiu lib de medicis copio. e. de qe noxib. fricationis

que. Als. quas. ut legu oriba. lib. dem. copio. n. pax. de qm fricationis.

queritur Atf. quando exceda est fricatio

temp. fricadi

liu vt minus uehemens ita magis tutu. Neq; vnq; periculosum est et si in medio febris impetu et si in cruditate adhibetur. Ideoq; vbi sanguinem mitti opus est: si incisa vena. praeps periculum est: aut si in parte corporis et vitium est: huc potius cofugiendum est. Cum eo tam vt sciamus: hic vt nullum periculum: ita leuius praesidium esse: nec posse uehementi malo: nisi aequae uehemens auxilium succurrere.

De deiectione. Caput. xii.

Eiectione at antiquis varijs medicamentis: crebraq;alui ductione in omnibus fere morbis moliebantur: dabantq; aut nigrum veratrum: aut siliculam: aut squama aris: qua lepidochalcon graeci vocant: aut lactuca marinae lac: cuius gutta pani adiecta abunde purgat. aut lac vel asininum vel bubulu vel caprinu: eiq; salis paulu adijciebant: decoquebantq; id: & sublatis his: quae coierant: quod quasi seru supererat: bibere cogebant. Sed medicamenta stomachu fere laedunt. Ideoq; oibus cathartis aloe miscenda est. Aluus si uehementius fluit: aut sapius ducit: hoem infirmat. Ergo nunq; in aduersa valetudine medicamentu eius rei ca recte datur: nisi vbi is morbus sine febre est. Vt cu veratru nigrum: aut atra bile vexatis: aut cu tristitia insanientib: aut his quoq; nerui parte aliq; resoluti sunt: dat. At vbi febres sut: satius e eius rei ca cibos potionesq; assumere: qui simul & alant & ventrem molliant. Suntq; valetudinis genera: quibus ex lacte purgatio couenit. Plerunq; uero aluus potius duceda e qd ab Aesclepiade quoq; sic teperatu: vt tm seruatu sit. uideo pleruq; saculo nostro praeriti. Est at ea moderatio: quam is securus uidet: aptissima: ut neq; saepe ea medicina tectur: & tm semel sumptu uel bis: non omittatur. Si caput graue est. si oculi caligant. si morbus maioris intestini est: quod graeci colu nominat. si in imo uentre: aut in coxa dolores sunt. si in stomachu quadam biliosa couerunt: uel et pituita eo se: humorue aliquis aquae similis cofert. si spiritus difficiliter reddit. si nihil p se ueter excernit: utiq; si iuxta quoq; stercus est & intus remanet. aut si stercoris odore nihil deiciens: aeger ex spiritu suo sentit: aut si corruptu est quod excernit aut si prima inedia febre non sustulit. aut si sanguine mitti: cu opus sit: uires no patiuntur: tepusue eius rei praerijt. aut si multu ante morbū aliquis portauit. aut si is qui saepe uel spote uel casu purgatus e: subito habet aluu suppressam. Seruanda uero illa sunt: ne ante die tertium ducat. ne ulla cruditate substare. ne in corpore infirmo: diuq; in aduersa ualetudine exhausto: neue in eo: cui satis aluus reddit quotidie quiue ea liquidam habeat. ne in ipso accessiois ipetu. quia quod tu infusum est: aluo cotinet: regestuq; in caput multo grauius periculu efficit. Pradie uero abstineri debet aeger: ut aptus tali curatioi sit. Eode die ante aliquot horas aqua calida bibere: ut superiores eius ptes madescat. tu ciada aluus e: si leui medicina cotenti sumus: pura aqua: si paulo ualentiore: mulsu: si leni ex aqua in aqua foenu graeu uel pifana uel malua decocta sit. Si reprimedi ca: ex uerbis. acris at est marina aqua uel alia sale adiecto: atq; utraq; decocta comodior est. Acrior sit adiecto uel oleo uel nitro uel melle quoq;. Si acrior e: eo plus extrahit: sed minus facile sustinet. Id qd ifundit: neq; frigidu esse oportet: neq; calidu: ne alterutro modo laedat. Cu infusu e: quantum fieri pot cotinere se i lectulo debet aeger: ne primae cupiditati deiectionis ptnus cedere. Vbi necesse est tu demu desiderare. Freq; eo mo depta materia superioribus ptib leuatis morbū ipsu molliet. Cu uero quoties res coegit desidedo aliquis se exhaust: paupisper debet coqescere: & ne uires deficiat: utiq; eo die cibū assuere. q pleior an exiguus sit dadus: ex ratioe eius accessiois: q expectabit: aut i metu no erit aestimari oportebit.

De uomitu. Caput. xij

Hoc de cucurbitula in medio febris. cruditate.

vehementi malo no nisi aequae uehemens auxilium succurrere

lactuca marinae. que a grecis in hmalos. nominat. q. h. 9. 6. 7.

lib. cathartis aloe miscenda est

ex eo. bide hic Leonardus. in copatione. 60. exortus. 100. 10. 4. 9.

ad mediu. 1. de 3. 3. h. 9. 6. 7.

de aqua marina. 1. alia salis. omi. meminit gal. p. de feb. 6. 9.



in balneo in febris

cruditate tentet. At balnei duplex vsus est. Nam mo discuffis febribus initiu cibi ple-
 noris viniq; firmioris valetudini facit: mo febre ipsa tollit. fereq; adhibet vbi summa cu-
 te relaxari cuocariq; corruptu humorē & habitū corpis mutari expedit. Antiqui timidi
 us eo utebant. A sclepiades audacius. Neq; terrere at ea res: si tepestiua ē: debet. & an-
 te tempus nocet. Quisquis febre liberatus est: simul atq; ea vno die no arecessit: eo qui
 proximus est post tepus accessionis: tuto lauari potest. At si circuitū habere ea febris
 solita est: sic vt tertio quartoue die reuertatur: quandoq; non accessit: balneum tu-
 tū est. Manētibus vero adhuc febribus: si hæ sunt lēta: licetq; iam diu male habent:
 recte medicina ista tētat. Cū eo tñ ne præcordia dura sint: neue ea tumeat: neue lingua
 aspera sit: neue aut in medio corpe: aut in capite dolor vllus sit: neue tū febris icrescat.
 At in his quidem febribus: quæ certum circuitum habent: duo balnei tempora sunt.
 alterū ante horrorem: alterum febre finita. In his vero: qui lentis febriculis diu detinē-
 tur. cum aut ex toto recessit accessio: aut si id no solet certe lenita est: iamq; corpus tā
 integrum est: quam maxime esse in eo genere valetudinis solet: imbecillus homo itu-
 rus in balneū vitare debet: ne ante frigus aliquod experiat. Vbi in balneum venit: pau-
 lisper resistere: expeririq; num tempora astringantur & an sudor aliquis oriatur. Illud
 si incidit: hoc non secutu est: inutile eo die balneum est: perungendus est is lēter & au-
 ferendus est: vitandumq; omni mo frigus: & abstinentia vtendum. At si temporibus
 integris: primum ibi: deinde alibi sudor incipit: fouendum os aqua calida: tum in so-
 lido desidendum est: atq; ibi quoq; videndum: num sub primo contractu aquæ cali-
 dæ summa cutis inhorrescat. quod vix tamen fieri potest: si priora recte accesserunt.
 Certum id autem signum inutilis balnei est. Ante vero: an postea quā in aquam cali-
 dam se demittat aliquis perungi debeat: ex ratione valetudinis suæ cognoscat. Fere. tñ
 nisi vbi nominatim: vt postea fiat id præcipitur: moto sudore leuiter corpus perungē-
 dū: deinde in aquam calidam demittendum est. Atq; hic id quoq; habenda virium ra-
 tio est. Neq; committendum vt per æstum anima deficiat: sed maturius is auferendus:
 curiosq; in vestimentis inuoluendus ē. vt neq; ad eum frigus aspiret: & ibi quoq; ante
 q̄ aliquid assumat: insudet. Fomenta quoq; calida sunt: milium: sal: harena: quodlibet
 cog; calefactum & in lintheum coniectum. Si minore vi opus ē: etiam solum lintheum.
 At si maiore: extinctiones: inuolutiq; panniculi & sic circumdati. Quin etiam calido
 oleo replentur vtriculi: & in vasa fictilia: ad similitudinem quas lēticulas vocat: aqua
 conijctur: & sal sicco lintheo excipitur. demittiturq; in aquam bene calidam tum super
 id membrum: quod fouendum est: collocatur: iuxtaq; ignē ferramenta duo sunt ca-
 pitibus paulo latioribus: alterumq; ex his demittitur in eum salem: & aqua super leui-
 ter aspergitur. Vbi frigere cœpit: ad ignem refertur: & idem in altero fit: deinde inuicē
 in vtroq; inter quæ descendit falsus & calidus succus: qui cōtractis aliquo morbo ner-
 uis opitulatur. His omnibus commune est digere id quod vel præcordia onerat: vel
 fauces strangulat: vel in aliquo mēbro nocet. Quando autem quoq; vtendū sit: in ip-
 sis morboꝝ generibus dicitur.

Qui cibi: potionefue: aut valētis aut mediæ aut imbecillæ materie sint. Caput. xvijj
 Vm de his dictum sit: quæ detrahendo iuuant ad ea veniendum est: quæ nos
 alunt: id est cibum & potionem. hæc autem nō omnium tātum morborum:
 sed etiam secundæ valetudinis cōmunia præsidia sunt. Pertinetq; ad rem om-
 nium proprietates nosse. primum vt sani sciant quomodo his vtantur. deinde vt exe-
 quentibus nobis morborum curationem liceat species rerum: quæ assidue necessariae

prioris ptis necessaria. Itē vinctiōes frictiōesq; his pfundi frigida atq; i eadē natate: ca-
nalibus eiusdē subijcere ē stomachū ipsū: & magis ē a scapulis id qd̄ cōtra stomachū ē.
Cōsistere i frigidis: medij capitisq; foribus qles cutiliag; sumbruinaruq; sunt: salutare
ē. Cibi quoq; assumēdi sūt frigidis: q potius difficulter coquūt. quā facile vitiātur. Er-
go pleriq; q nihil aliud cōcoquere possunt: bubulā coquūt. Ex quo colligi potest: neq;
auē neq; vnationē: neq; piscē dari debere: nisi generis durioris. Potui qdē aptissimū ē
vinū frigidū vel certe bene calidū meracū: potissimū rheticū vel allobrogicū: aliudue
qd̄ & austerū & resina cōditū ē. si id nō ē: quā asperrimū maxieq; signinū. Si cibus nō
cōtinet: dāda aqua & eliciēdus plenior vomitus ē: iteq; dādus cibus: & tū admouen-
dæ duobus itra stomachū digitis cucurbitulæ: ibiq; duabus aut tribus horis cōtinēdæ
sūt. Si simul & vomitus & dolor ē: iponēda supra stomachū ē lana succida: vel spongia
ex aceto: vel cathaplasma qd̄ refrigeret. Perfricāda vero nōdiu sed vehemēter brachia
& crura: & calefaciēda. Si plus doloris ē: infra præcordia q̄tuor digitis cucurbitula
vtēdū ē: prius dādus panis ex pusca frigida. Si nō continuit: post vomitū lene aliqd
ex his: q nō aliena stomacho sūt. Si ne id quidē reuit: singuli cyathi vini singulis iter-
positis horis dōcē stomachus cōsistat. Valēs ē medicamētū ē radiculæ succus valēti-
us acidi punici mali conpari mō succi: q ex dulci punico malo ē: adiecto ē itubi succo
& mēra: sed huius minima pte. qbus tantūdē quantū i his oibus ē aqua frigida quam
optime miscet. Id. n. plus quā vinū ad cōprimēdū stomachū pōt. suppressēdū at̄ vom-
itus ē: q p se venit sic si nausea ē. Sed si coacuit intus cibus aut cōputruit: quoq; vtrūli-
bet ructus ostēdit: eiciēdus ē: priusq; cibus assūptis hūsdē: quos p̄xie posui: stoma-
chus restituēdus. Vbi sublatus ē p̄sens metus: ad ea redcūdū ē: q̄ supra præcepta sunt.

De laterum doloribus.

Caput sextum.

Tomachus lateribus cigit: atq; in his quoq; vehemētes dolores eē cōsuerunt
& initiū vel ex frigore vel ex ictu vel ex nimio cursu vel ex morbo est. Sed iter-
dū ne malū infra dolorē. isq; mō tarde: mō celeriter soluit. iterdū ad p̄nitē
quoq; p̄cedit. oriēq; acutus morbus: q pleureticus a gr̄cis noiāt. Huic dolori late-
ris febris & tussis accedit. & p hāc excreat: si tollerabilis morbus ē: pituita si grauis sā-
guis. Interdū ē sicca tussis ē: quæ nihil emollit. Idq; primo vitio graū. secūdo tolera-
bilis ē. Remediū uero ē magni & recētis doloris sanguis missus. At siue leuior: siue
uetustior casus est: uel supuacū: uel serū id auxiliū ē. confugiendūq; ad cucurbitulas
ē: ante sūma cute incisa. Recte ēt sinapi ex aceto sup pectus iponit: donec ulcera pu-
stulascq; excitet: & tū medicamētū: qd̄ humorē illuc citet. Præter hāc circundare pri-
mū oportet latus absolanæ sulphuratæ. deide cū paulū inflāmatio se remisit: siccis &
calidis fomētis uti. Ab his trāsirus ad malagmata ē. Si uetustior dolor remanet: noui-
sime resina iposita discutit. Vtēdū cibus: potiōibusq; calidis. uitandū frigus Inter hāc
tū nō alienū & extremas ptes oleo & sulphure p̄fricare. Si leuata tussis ē: leni lectiōe
uti. itaq; & acres cibos & uinū meracius assumere. Quæ a medicis p̄cipiunt: ut tū siue
his rusticos postros epota ex aqua herba trixaquo satis adiuuet. Hæc i oi lateris dolo-

de pleurresi. et quo modo
fiat. vide. p hippo. 6. de mor
bis. pag. 192.
de phlagma
de acari pilulis

de vino
trixago. quam putat simō in ui-
xa esse capillus veneris

LIBER QVARTVS

re coia sunt. plus negocij ē. si acutus quoq; morbus is factus ē. In hoc præter ea quæ su-
pra posita sūt: hæc aduertēda sunt. vt cibus sit quā maxie tenuis & lenis: præcipueq;
sorbatio: eaq; ex ptisana potissimū. aut ius i quo porrus cū pullo gallinaceo coctus sit.
Idq; nō nisi tertio quoq; die det: si tū p vires licbit potio vero aqua mulsa: in qua hyso-
pū aut ruta decocta sit. Quæ qbus tēporibus dāda sint: ex rōne vel adiectæ vel leuata
febris apparebit: sic: vt remissione quā maxia dent: cū eo tm̄: vt sciamus nō esse eius ge-
neris tussis aridas fauces cōmittēdas: Sæpe. n. vbi nihil ē qd̄ excreat: cōtinuat & stran-
gular. Ob quā causā dixi ēt peius id gēus eē tussis: qd̄ nihil: quā qd̄ pituitā moueret.
Sed hic vinū sorbere vt supra p̄cepimus: morbus ipse non patit. inuicē eius cremor pti
sanæ sumēdus ē. Vt his at̄ i ipso morbi feruore sustinēdus æger ē: vt sic vbi paulū is se
remisit: alimēta pleniora & vini quoq; aliqd dari pōt. dum nihil det: qd̄ aut refrigeret
corpus: aut fauces asperet. Si in refectione quoq; māserit tussis itermittere oportebit
uno die: posteroq; cū cibo uini paulo plus assumere. Atq; incipēte quoq; tussis: tū non
erit alienū: ut supra quoq; positū ē: uini cyathos sorbere. Sed i hoc genere ualetudinis
dulce uel certe lene cōmodius ē. Si malū iueterauit: athletico uictu corp⁹ firmādū ē.
De uiscerum morbis & primo de pulmone: deide iocineris: tū de liene: postremo de
renibus.

de pleurresi.
Aut hoc de cibo.

de vino.

Caput vij.
Cōpagine uero corporis ad uiscera trāseundū ē. & in primis ad pulmone ue-
niendū. ex quo uehemens & acutus morbus oriē: quē peripneumaticon gr̄ci
ci uocant. Eius hæc cōditio ē: Pulmo totus afficit. Hūc casū eius subsequitur
tussis: bilē uel pus trahēs præcordior: totiūq; pectoris grauitas: spiritus difficultas:
magnæ febres: cōtinua uigilia: cibi fastidiū. Id genus morbi plus piculi quā doloris ha-
bet. Oportet si satis ualida uires sūt: sāguinē mittere: si minores: cucurbitulas sine fer-
ro p̄cordijs admouere. Tū si satis ualet: gestādo agrū digerere: si parū intra domū tm̄
dimouere. Potiōne at̄ hyso: dare: cū ficus arida sit. incocta: aur aquam mulsā: in qua
uel hysofum uel ruta decocta sit. Frictiōe uti diutissime in scapulis: p̄xime ab his in
brachijs & pedib⁹ & crurib⁹ leuiter cōtra pulmone. idq; bis quotidie facere: qd̄ ad cibū
uero p̄tinet: huic nec falsis opus ē: neq; acrib⁹ neq; amaris: neq; aluū astrigētib⁹: sed pa-
ulo lenioribus. Ergo primis diebus dāda ē sorbitio ptisana uel alicæ uel orizæ: cū qua
recēs adeps cocta sit. Cū hac sorbite ouū. nuclei pinci ex melle. panis uel elota alica ex
aqua mulsa. potui deide nō solū pura aqua: sed et̄ mulsa egelida aut si astas ē: etiā fri-
gida: nisi quid obstat. Hæc at̄ altero quoq; die increscēte morbo dare satis est. Vbi in
cremēto cōstitit quantū res patit ab oibus abstinentū ē: præter quā aqua egelida. Si
uires desūt: adiuuādæ sunt aq̄ mulsa. p̄suntq; aduersus dolores iposita calida fomēta:
uel ea q̄ simul & reprimūt & emollit. Prodest ipositus sup pectus sal bene contritus
cū carato mixtus qa leuiter cutē erodit: eoq; ipetū materia: quo pulmo uexat: euocat
Vtile ēt quod malagma est: ex his quæ materiā trahunt. Neq; alienū ē dū premit mor-
bus clausis fenestris agrū continere. Vbi paulū leuatus est: ter aut quater die fenestris
aliquāto apertis paruū aerē recipere. Deinde in refectione pluribus diebus a uino absti-
nere: gestatiōe: frictiōe uti. sorbitionib⁹: & prioribus cibus adijcere ex olerib⁹ porrū ex
carne ungulas & sūma trūculōg; atq; pisciculos sic ut diu nihil molle & lene sumatur.
De iocineris morbo & curatione.

de plepmonia.

cura.

cibus

Caput octauū.

Lterius quoq; uisceris morbus id est iocineris atque mō lōgus mō acutus esse
cōsueuit. hepaticū gr̄ci uocāt. Dextra pte sub p̄cordijs uehemēs dolor ē. idē
q; ad latus dextrū & ad iugulū humerūq; ptis eiusdē p̄uenit. nōnunq; manus
quoq; dextra torquet. horror calidus ē. Vbi male ē: bilis euomit: iterdū singultus p̄-

prono sticus in morbo
acuto.



sed paulatim. Ergo per interualla tēporis sat est cyathos binos ternosue sumere & cibū pro portione huius: cōmodoq; facit cyathos lactis cyathus aquæ mixtus & sic datus. Cibiq; inflātes & acres vtiliores sunt: adeo ut lacti quoq; recte cōtritum alliū adijciat. procedēte vero tēporē corpus ē gestari: maximeq; nauigare: perfricari ter aut quater die: sic vt nitrū oleo misceatur: perfundi aqua calida post cibum. deide sinapi iponere per oia mēbra excepto capite: donec arrodatur & rubeat: maxieq; si corpus durum & virile est. paulatim deide faciendus ē trāsitus ad ea quæ uentrē cōprimunt. Assa caro danda: valens & quæ nō facile corrumpatur potui uero pluuialis aqua decocta: sed quæ p bino ternosue cyathos bibatur. Si uetus uitium est: oportet laser quā optimū ad piperis magnitudinē deuorare. altero quoq; die uinū vel aquam bibere: interdum iterpo sito cibo singulos uini cyathos sorbere: ex inferiori parte infundere pluuialem egehidā aquam maxieq; si dolor in imis partibus remanet.

De tenuioris intestini morbo.

Caput. xiiij.

Nter ipsa uero itestina cōsistūt duo morbi: quosq; alter in tenuiore: alter in pleniore ē. Prior acutus ē. Insequens esse lōgus pōt. Diocles carystius tenuioris itestini morbū chordapson plenioris ileon nominauit. A plerisq; uideo nūc illū priorē ileon: hunc chordion nominari. Sed prior mō supra umbilicū mō sub umbilico dolorē mouet. Fit ex alterutro loco inflāmatio: nec aluus nec spiritus infra trāsmittitur. si superior pars affecta ē: cibus. si inferior stercus p os reddit. si utrūlibet uetus ē: adijcitur piculo uomitus biliosus mali odoris aut uarius aut niger. Remediū ē sanguinē mittere: uel cucurbitulas pluribus locis admouere: nō ubiq; cute icifa. Id. n. duobus aut tribus locis satis ē: Ex ceteris spiritū euocare abūde ē. Tū animaduertere oportet: quo loco malū sit. Solet. n. cōtra id tumere. Et si supra ūbilitū ē: alui ductio utilis non est. Si infra est: aluum ducere vt Erasistrato placuit: optimū est. & sape: id auxiliij satis est. Ducit at pcolato ptisanæ cremore cū oleo & melle: sic ut pter ea nihil adijciat. Si nihil tumet duas manus iponere oportet supra sūmū uentrē: paulatimq; deducere. Inuenietur enī mali locus: qui necesse est: renitāt: & ex eodē deliberari poterit: ducēda nec ne aluus sit. Illa cōia sunt: calida cataplasmata admouere: eaq; iponere a māmīs usq; ad inguina & spina: ac sape mutare: brachia cruraq; pficare: demittere rotū hoiem icalido oleo. Si dolor nō quiescit: ēt in aluū ex pte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare. Vbi p hęc cōsecuti sumus: iā ex inferiore pte spiritus trāsmittat: offerre potui multū tepidū non multū. Nā ante magna cura uitandū est, ne quid bibat. Si id cōmode cessit: adijcere sorbitionē. Vbi dolor & febricula quierūt: tū demū uti cibo plenioris: sed neq; inflante: neq; duro. neq; ualido: ne intestina adhuc imbecilla lādantur. potui uero nihil prāter quā purā aquā. nam siue quid uinolentū siue accidū ē: id huic morbo alienū ē. Ac postea quoq; uitare oportet balneū: ābulationē: gestationē: ceterosq; corporis motus. Nā facile id malū redire cōsueuit: & siue cū frigus subit: siue aliqua iactatio: nisi bene iam confirmatis intestinis reuertitur.

De morbo intestini plenioris.

Caput. xiiij.

Sāt morbus: qui intestino plenioris est: in ea maxie parte est: quam certā esse pposui. Vehemēs inflatio: uehementes dolores dextra magis pte: intestinū quod uerti uidet prope spiritū elidit. In plerisq; post frigora cruditateq; orit deide quiescit & per atatem sape repetēs sic cruciat: ut uitæ spacio nihil demat. Vbi is dolor cōpēit: admouere sicca & calida fomēta oportet: sūd priō lenta: deide ualidiora: simulq; frictiōes: ad extremas ptes idest crura brachiaq; materiā reuocare. Si discussū nō ē: qua dolet cucurbitulas sine ferro defigere. Est ēt medicamētū eius rei causa com

paratū: qd' colicon nominatur. Id se reperisse Cassius gloriabat. Magis prodest potui datū sed impositū quoq; extriscus digerendo spiritū dolorē leuat. Nisi finito uero tormēto: recte neq; cibus neq; potio assumit. Quo victu sit utendū qui hoc genere tētantur: iā mihi dictū est. Cōfectio medicamēti: qd' colicon nominatur: ex his cōstat. Consti: aneli: castorei singulor. P. XIII. petroselini. P. denarior. III. piperis longi & rotūdi singulor. P. XII. papaueris lachrima nunci rotūdi. myrræ: nardi singulor. P. VI. Quæ melle excipiuntur. id at & deuorari pōt & ex aqua calida sumi.

De torminibus idest dysenteria.

Caput. xv.

Rroxia his iter itestinoꝝ mala: tormina esse cōsueuerūt dysenterioꝝ græce uocat. itus itestina exulcerat. Ex his cruor manat. Isq; modo cū stercore aliquo semp liquido: modo cū quibusdā quasi mucosis excernit. iterdū simul quæ dā carnosā descēdūt: Freques deiciēdi cupiditas: dolorq; i ano ē. Cū eodem dolore exiguū aliqd emittit. Atq; eo quoq; tormētū itēdit. Idq; post tēpus aliquod leuat. exiguaq; reges ē sonus iterpellat: febricula orit. lōgoq; tpe id malū cū iueteraueit aut tollit hoiem: aut ēt: si finit ex cruciat. Oportet iprimis cōquiescere. Si qdē oīs agitatio exulcerat: deinde ieiuniū sorbere uini cyathū: cui cōtrita radix qunesolij sit adiecta: iponere cataplasmata sup vētrē quæ reprimūt. qd' i superioribus vētris morbis non expedit. quotiesq; defidit: subluere aqua calida: i qua decocta verbenæ sint: portulacā uel coctā uel ex dura muria edisse. cibos potioesq; eas: quæ astringūt aluū. Si uetustior morbus ē: ex inferioribus pibus tepidū infundere uel ptisanā cremorē: uel lac: uel adipē liquatā: uel medullā ceruinā: uel oleū: uel cū rosa butirū: uel cū eadē albū crudū ex ouis: uel aquā: in qua lini semē decoctū sit: uel si somnus nō accedit: vitellos cū aqua: i qua rosa floris folia cocta sint. Leuant. n. dolorē hęc & mitiora vlcera efficiūt: maximeq; utilia sunt: si cibi quoq; secutū fastidiū est. Themison muria dura quā asperima sic utendum memorie prodidit. Cibi uero esse debēt q leniter uentrē dēstringāt & ea quæ urinā mouēt. Si ea cōsecuta sūt i aliā partē humorē auertēdo p sunt. si nō sunt cōsecuta: noxā auget. Itaq; nisi i qbus pōpote id facere cōsueuerūt: nō sunt adhibēda. Potui si febricula ē: aqua pura calida uel ea: quæ ipsa quoq; astringat. dari debet: si nō ē: uinū lene austerū. Si pluribus diebus nihil remedia alia iuuerūt: uetusq; iā uitii ē: aquæ bene frigida potio assumpta ulcera astringit: & initium secundæ ualitudinis facit. Sed ubi uenter sup pressus est: ptinus ad calidā potionē reuertendū est. Solet at interdū ēt putris sanies: pessimiq; odoris descēdere: solet purus sanguis pfluere. si superius uitii ē: aluus aqua multa duci debet: tunc deinde eadem infundi: quæ supra cōprehensa sunt. Valensq; ē etiam aduersus ulcera intestinoꝝ minij gleba cum salis hemina contrita. Si minus mixta his aqua in aluum datur. Ac si sanguis profluit: cibi potioesq; esse debent: quæ astringant.

De leuitate intestinoꝝ.

Caput. xvj.

X torminibus interdū intestinoꝝ leuitas orit: quæ continere nihil possunt: & quicquid assumptū est: imperfectū ptinus reddunt. Id interdū agros trahit: interdū præcipitat. In hoc utiq; adhibere oportet cōprimētia: quo facilius tenēdi aliquid intestinis uis sit. Ergo & sup pectus ponetur sinapi: exulcerataq; cute: malagma: quod humorē euocet & ex uerbēnis decoctis aqua defidat: & cibos potioesq; assumat: quæ aluū astringunt & frigidis utetur p fusiōibus. Oportet tñ pspicere: ne simul his oīs ad motis uitii cōtrarium p imodicas inflations oriat. Paulatim ergo firmari intestina debent aliquibus quotidie adiectis. Et cū in oī fluore uētris: tū i hoc præcipue necessariū ē: nō quoties libet desiderere: sed quoties necesse ē: ut hęc ipsa mora cōsuetudinē ferēdi oneris itestina deducat. Alterum quoq; quod æque ad oēs simi

de yliaco morbo

sanguinis missio. cucurbitule

cibus et potus. de uino.

de colico morbo

cassius. cui meminit sup in plogo. de quo uide g. r. h. de medica. cōpō. m. 119.

Medicamēti. ioluon de loci. mal. cōpō. et gal. g. m. m. i. c. s. in fi. ne et. v. 12. fol. 47. col. 2.

Att. tormina quid græce dicitur. i. n. u.

Enra

fuge cataplas. in superioribus de his morbis

themison.

cibi. urinam mouētia.

de aqua frigida. et Att. de hoc.

de minio

Att. hęc cōsiderāda.

Att. hoc m. omni affectu maxime seruāduz. et uide gal. 6. de medicamētoꝝ cōpō.

secūduz locos. c. p. m. p. uere. de medicamētoꝝ medicamētoꝝ cōpō. esse q. m.

nis in hippo. ac lib. de art. ual. cōm. na. 4. fol. 28. + p. c. u. u. de uide. 2. 1. 2.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

GREDOS. USAL. E.

possit. a vomitu oportet icipere: deinde postero die vespere: tepido loco iugi. cibū modicū assumere: vinū meracū q̄ asperrimū: ipositā sup ventrē habere cū carato rurā. In hoc at̄ affectu corporis neq; ambulatione: neq; frictioe opus ē. vehiculo sedisse vel magis ē equo pdest. Neq; n. vlla res magis itestina cōfirmat. Si vero ēt medicamētis vtē dū ē: aptissimū ē id qd̄ ex pomis fit. Vindemia tēpore i grāde vas cōiicienda sunt pira atq; mala siluestria. si ea nō sunt: pira tarētina viridia vel signina mala scādiana vel amerina: myrapia: hisq; adijciēda sunt cotonea: & cū ipsis corticibus suis punica: sorba: & qbus magis vtimur ēt torminalia: sic vt hęc tertiā ollā p̄tē teneāt. tū deinde ea musto iplēda ē: coquēdūq; id donec oīa q̄ idita sūt: liquata i vnitatē quādā coeat. Id gustui nō iſuaue ē & qn̄cūq; opus ē assumptū leuiter sine vlla stomachi noxa vētrē tenet. duo aut tria cochlearia vno die sup̄sise satis ē. Alterū valētius gēus myrti baccas legere: ex his vinū exprimere id decoquere vt decima ps remācat: cuiusq; cyathū sorbere/tertiū qd̄ qn̄ q; fieri pōt: malū punicū excauare exēptisq; oibus seminibus: mēbranas q̄ iter ea fuerūt iterū cōiicere tū iſundere cruda ova tudiculaq; miscere dein malū ipsū sup prunā ipone re. qd̄ dū hūor itus ē nō adurit. Vbi siccū esse cōepit: remouere oportet: extractūq; cochleari qd̄ itus ē: edisse. Aliqbus adiectis momētū habet. Itaq; ēt i piperatū cōiicit: misceturq; cū sale & pipere. ē qd̄ ex his edēdū. ē pullicula ēt: cū q̄ paulū ex fauo vetere cōctū sit: & lēticula cū malo corio cocta: rubiq; cacumina i aq̄ decocta & ex oleo atq; aceto assumpta: efficacia sunt. atq; ea aq; i qua vel palmulæ: vel malū cotoneū: vel arida sorba. vel rubi decocti sunt potata. Quod gēus significo quotiēs potionē dādā esse dico: q̄ astrigat. Tritici quoq; hemina i vino amico austero decoq; idq; triticū ieiuno ac sitienti dat. superq; id: uinū id sorbet. qd̄ iure valētissimis medicamētis anumerari pōt. atq; ēt potui dat uinū signinū: uel refinatū austerū: uel quodlibet austerū. Cōtundit q; cū corticibus seminibusq; suis punicū malū: vinoq; tali misceat. idq; uel merū sorbet aliq; uel bibit mixtū. sed medicamentis uti nisi i uehementibus malis superuacuum ē.

De vuluæ morbo & curationibus. Caput. xx.

X vulua quoq; sceminis uehēmēs malū nascit: p̄xiēq; ab stomacho uel afficit hęc corpus afficit. Interdū ēt sic exanimat: ut tāq; comitali morbo p̄sternat. Distat tñ hic casus: eo qd̄ neq; oculi uertūt: nec spumæ p̄fluūt: nec nerui distēdūt sopor tñ ē. idq; qbusdā sceminis crebro reuertēs p̄petuū ē: Vbi icidit: si satis uiriū ē sanguis missus adiuuat. Si parū ē: cucurbitulæ tñ defigēdæ sūt i inguinib;. Si diutius aut iacet aut alioqn̄ iacere cōsueuit: admouere oportet naribus extictū ex lucerna linamētū: uel aliud ex his q̄ foedioris eē odoris rettuli: qd̄ mulierē excitet. Idēq; aq̄ frigidæ p̄fusio efficit. adiuuatq; ruta cōtrita cū melle: uel ex cyprio caratū: uel quodlibet calidū & hūidū cataplasmata naturalib; pubetūs ipositū iter hęc ēt p̄ficare coxas & poplites oportet. Deinde ubi ad se redit circūcidēdū uinū ē i totū anū: ēt si casus idē n̄ reuertit. Frictioe quotidie utēdū totius qd̄ corpis. p̄cipue uero uētris & poplitū. Cibo ex media materia dād;. Si api sup imū uētrē tertio quoq; aut q̄rto die iponēdū dōec corp⁹ rubeat. Si durities māet: molire cōmode uidet solanū i lac demissū deinde cōtritū & carra alba atq; medulla ceruīa cū irio aut seuū taurinū uel caprinū cū rosa mixtū. dādū potui ēt uel castoreū ē: uel gith: uel anetū. si parū pura ē: purgat iūco q̄drato. si uero vulua exulcerata ē caratū ex rosa fiet & recēs suilla adeps & ex ouis albū misceat: idq; ap̄pōat uel albū ex ouo cū rosa mixtū adiecto quo facili⁹ cōsistat cōtrita: rosa puluere. dōlēs uero ea sulphure suffūgari debet. At si purgatio nimia mulieri nocet remedio sūt cucurbitule cute icisa i guinib; ul̄ ēt sub mām̄is admote si maligna purgatio ē subiciēda sūt cocūtia. Id faciūt ēt albæ oliuæ & nigrū papauer cū melle assumptū & gūmi cū trito se

HO. q̄ nulla res adeo m̄ testina cōfirmat ut equatio medicamē ex pomis

vinū extracto

HO. superuacuum. quippe illi duntaxat externo q̄geni auxilio quos ob magnitudinem naturā vincere nō pōt. ut gal. p̄ de locis affl. c. 2.

stomja
bentosa
nec spumę hęc dēto non acc̄ ut Hippo. lib. de p̄uinitu m̄ b̄is. d̄ic̄s. q̄z locelli caput p̄uinitu s̄t̄ angulāt. et os spūm̄is cōt. pag. 107. et. 114. et. 75.
de vino arnū dēdo

strigō. l. solat. 23

Ad blaxa matris
Ad Coloz matris
Ad m̄m̄yuz s̄t̄ xuz m̄l. f.

supuacuum est. morbi. n. nisi periculo sissimi sint. pharmacs ixtitadi nō sūt. ut plato in fine t̄m̄ca. pag. 736.

HO. les affectus p̄riet: i hoc maxie seruādū ē: ut cū pleraq; utilia iſuauiā sint. q̄lis ē plātago & rubi & qcquid mali corio mixtū ē: ea potissimū i his dent q̄ maxie ager uolet. Deinde si oīa ista fastidiet: ad excitādā cibi cupiditatē iterponat aliqd minus utile: sed magis graū. Exercitationes: frictioeshuic quoq; morbo necessaria sūt & cū his sol: ignis balneum: vomitus vt Hippocrati uisum ē ēt albo veratro: si cætera parū p̄ficiēt euocatus: Caput. xvij.

De lumbricis aluum occupantibus. Caput. xvij.

Onnūq; at̄ lūbrici quoq; occupāt aluū: hūq; modo ex inferiorib; p̄tib; mō fœdius ore reddūt. Atq; iterdū latos eos: q̄ p̄iores sūt: iterdū teretes videmus si lati sūt: aq̄ potui dari debet: i qua lupinū aut cortex mori decoctus sit: aut cui adiectū sit cōtritū vel hysopū vel piperis acetabulū scamoneæ paulū. Vel ēt pridie cū multū alliu cederit: vomat. Posteroq; die mali pūici tēues radículas colligat quātū māu cōprahēdet: eaq; cōtusas i aquæ trib; sextarijs decoquat: dōec tertiā ps supersit. Huc adijciat nitri paulū & ieiūus bibat. Interpositis deinde tribus horis duas portiones sumat aut aquæ vel muriæ duræ sic adiectæ. tū desidat subiecta calida aq̄ i peluc. si uero teretes sūt: q̄ pueros maxie exercēt: & cadē dari possūt & quādā leuiora: vt cōtritū semē vrticæ: aut brassicæ: aut cumini cū aqua: vel mēta: vel absinthiū decoctū: vel hysopū ex aq̄ mulsā vel nasturcij semē cū aceto cōtritū. Edisse ēt & lupinū & alliu pdest: vel maluæ oleū subter dedisse. **De tēnsōo intestinorū morbo.** Caput. xvij.

St at̄ aliud leuius oibus p̄ximis: de qbus supradictū ē: qd̄ tenasmo graci uocāt. id neq; acutis neq; lōgis morbis anumerari debet: cū & facile tollat: neq; vnq; p se iugulet. i hoc aq̄ atq; i torminibus frequēs desidēdi cupiditas ē: aque dolor ubi aliqd excernit. descēdūt at̄ pituita muccisq; similia iterdū ēt leniter subtrūta. sed his iterponunt nōnūq; ex cibo quoq; recte coacta. desidere oportet i aq̄ calida s̄a piusq; ipsum manu nutrire. cui plura medicamēta idōca sunt butyrū cū rosa. agacia ex aceto liquata. emplastrū id: qd̄ tetrpharmacō graci uocāt: rosa liquatū: a lumē lana circūdatū & ita appositū. eadēq; ex inferiore pte idita quæ torminū auxilia sunt eadē uerbenæ decoctæ: vt inferiores ptes foueant: alternis uero diebus aqua: alternis leue & austerū uinū bibendū est. Potio esse debet egelida & frigida. pprior rō victus talis qualē in tormina supra p̄cepimus. **De ventris fluxu & curatiōe.** Caput. xix.

Euior ēt dū recēs deiectio ē: ubi & liquida aluus & s̄apius q̄ ex cōsuetudine fertur. atq; iterdū tolerabilis dolor ē: iterdū grauissimus. idq; peius ē. sed vno die fluere aluū s̄ape p̄ ualitudine ē: atq; ēt plurib; dū febris absit: & itra septimū diē id cōquiescat. purgat. n. corpus: & qd̄ itus l̄asurū erat: utiliter effundit. uerū spacium piculosū ē. Interdū. n. tormia ac febriculas excitat: viresq; cōsumit. p̄rio die q̄scere satis ē: neq; ipetū vētris p̄hibere. si p se desidit balneo uti: paulū cibi capere: si māsit: abstinere nō solū a cibo: sed ēt a potiōe. Postero die si nihilominus liqda aluus ē: aq̄ cōq̄scere: paulū astrigētis cibi s̄uere: tertio die i balneū ire uehēmētē oīa p̄ter vētrē p̄ficare ad ignē lūbos scapulasq; admouere. cibus uti: sed vētrē cōtrahētib; uio nō multū mero. Si postero quoq; die fluet: plus edisse: sed vomere ēt ex toto dōec. cōq̄scat. Cōtra sitī: fame vomitu uti. Vix. n. fieri pōt vt post hęc aiaduersionē aluū nō cōtrahat / Alia uia ē ubi uelis supprimere. Canare: deinde uomere postero die i lecto cōq̄scere. uespe ungi sed lēiter. deinde p̄cis circa selibrā ex uio amico mero s̄uere. tū assū aliqd: maxicq; auē & postea uinū idē bibere aq̄ pluuiali mixtū: idq; usq; qn̄tū diē facere: iterūq; uomere. Frigidā at̄ assidue potionē esse debere contra priores auctores. A sclepiades affirmauit & qd̄ q̄ frigidissimā. Ego experimētis quenq; in se credere debere existimo calida potius an frigida utat. Interdū autem euenit: ut id pluribus diebus neglectū curari difficilius

v. r̄tia mali oranati. pl̄. lib. 23. c. 7.

p̄iores. ides dicit theō. lib. 2. c. 50.
in acetabulū nomē pot̄teris est. f. 3. xij. l. quātūq; testa om̄i rapit. siluā.

Ad textos

de oleo maluc

vide hic 7. p̄atūc. 14.

de frigida potione



Ad dolorem vesicæ

De fluxu nimio urine

hec intellige dicitur hec p[er] s[er]u[er]e virtutis debilitate n[on] in s[er]u[er]e similia. xxviii. similia.

Att. q[ui] vitat vitam quaz copiose cõcedit gal. m[er]ito. i. 4. c. 7. et paulus. lib. p. c. 33. et alexander trallianus. lib. 9. cap. 9. et actius. lib. xy. c. 34. ex philagrio.

Laut. in morbis coxarum et vicini

Att.

coxas quid nominat hic coxas vide p[er] galenum. fol. 34. col. p.

et raro. id est aut r[ati]o hypo. 6. affo. 7. affo. 28. 29. et 30.

mine apij liquatū & cū cyatho passi datū. Præter hæc i oibus uelicæ doloribus idoneæ potiões sunt: q̄ ex odoribus fiūt: id est spica nardi: croco: cinamomo: calia: similibusq;. Idēq; et decocta lentiscus p[ro]stat. si tñ intolerabilis dolor ē & sanguis p[ro]fluit: et sanguinis detractio apta ē aut certe coxis ad mortē cucurbitulæ cute incisa. At cū vrina sup potio nū modū ēt sine sudore p[ro]fluēs maciē & periculū facit: si tēuis ē: opus ē exercitatioē & frictioē maxieq; i sole vel ad ignē. Balneū rarū esse debet: neq; lōga i co mora: cibus cōprimēs Vinū austerū māracū: p[er] æstatē frigidū p[er] h[er]emē egelidum: sed tñ quantū minimum sit. Infinita: aluus quoq; vel ducenda vel lacte purgāda est. Si crassa vrina est: vehementior esse debet & exercitatio & frictio: longior in balneo mora: cibus opus est teneris vinū idem. In vtroq; morbo vitāda oīa sunt: q̄ vrinā mouere consuerunt.

De nimia profusione seminis ex naturalibus. *Si ceta gomorea* Caput. xxi.

St et circa naturalia vitiū nimia p[ro]fusio seminis. q̄ sine venere: sine nocturnis imaginib[us] sic fert[ur] vt iterposito spacio tabe hoīem cōsumat. In hoc affectu salutare sunt vehementes frictioēs: p[ro]fusiones natationesq; quā frigidissimā. neq; cibi: nec potio nisi frigida assumpta. Vitare at oportet cruditates: oīa infantia. nihil ex his assumere: quæ cōtrahere semē videt[ur]. qualia sunt: filigo: similia: oua alica amyllum oīs caro glutinosa: pip: cruca: bulbi: nucleis: pinei. Neq; alienū ē fouere inferiores ptes aq̄ decocta ex verbenis cōprimentibus. ex his dē aliqua cataplasmata imo ventri: inguibusq; circundare: p[er]cipueq; ex aceto rutā vitare: & ne supinus obdormiat.

De coxarū morbis & curationibus. Caput. xxij.

Vperest vt ad extremas ptes corporis veniā: quæ articulis iter se cōserunt. in itiu a coxis faciā. Harū igens dolor esse cōsuevit. Isq; hoīem sæpe debilitat: & quosdā nō dimittit. Eoq; id genus difficillime curat[ur]: q̄ fere post longos morbos vis pestifera huc se inclinat. q̄ vt illas ptes liberat: sic hāc ipsā quoq; affectā p[ro]hendit. Fouedū primū aq̄ calida ē deide vtēdū calidis cataplasmatibus. Maxie p[ro]desse videt[ur] aut cū hordeacea farina: aut cū ficu ex aq̄ decocta mixtus: capparis cortex cōcisus: vel liliaria ex uino diluto cocta & mixta cū acida fece: q̄ q̄ refrigerat: ipōere noctu malagmata cōmodius ē: Inulā quoq; radix cōtusa & ex uino austero postea cocta & latte super coxā iposita iter ualētissima auxilia ē. si ista nō soluerūt: sale calido & hūido utēdū ē. Si ne sic qdē finitus dolor ē aut tumor ei accedit: icisa cute admouēdā sūt cucurbitulæ: mouēda uria. Aluus si cōpressa ē ducēda. Vltimū ē & i uteri quoq; morbis efficacis simū: trib[us] aut q̄ttuor locis sup coxā cutē cadētib[us] ferramētis exulcerare. Sed frictioē quoq; utēdū ē: maxie i sole & eodē die sapius: quo facilius ea q̄ coeūdo nocuerunt: dirigantur. Ea q; si nulla exulceratio est et ip[s]is coxis sicut & ceteris partibus adhibenda est. Cū uero sæpe aliquid exulcerandum cadenti ferramēto sit: ut materia inutilis euocetur: illud perpetuum est non ut primum fieri pōt huius generis ulcera sanare: sed ea trahere: donec id uitiū: cui per hæc opitulatur: conquiescant.

De genuum doloribus & cura. Caput. xxiiij.

Oxis p[ro]xima gēua sunt. in quibus ip[s]is nōnūquā dolor esse cōsuevit. In his dē at cataplasmatibus cucurbitulisq; p[ro]sidiū ē: sicut et cū in humeris alijsue cōmis surijs dolor aliquis exortus ē. Equitare ei cui gēua dolēt: inimicissimū oīum est. Oēs at eiusmodi dolores ubi inueteraueret: uix citra uitiōem finiuntur.

De articulorum doloribus in manibus pedibusq;. Caput. xxiiij.

N manib[us] pedibusq; articulo[rum] uitia frequētiora lōgioraq; sūt. q̄ i podagris chiragisue esse cōsueuerūt. Ea raro uel castratos uel pueros añ foemina coitū mulieres: nisi qb[us] mēstrua suppressa sūt: tētāt. Vbi scire cæperūt: sāguis mit

tēdus est. Id. n. inter initia statim factum sæpe annuam: nonnūq; p[ro]petuam valetudine p[ro]stat. Quidā et cum asininio lacte epoto se eluissent: in perpetuum hoc malū euaserunt. Quidā cum toto anno a uino mulso: uenere: sibi temperassent: securitatem totius vitæ consecuti sunt. Idq; utiq; post primū dolorē seruandū est et si quieuit. Quod si iam consuetudo eius facta est pōt quidem aliquis esse securior his tēporibus. quibus dolor se remisit. Maiorem uero curam adhibere debent: hi quibus id reuertit[ur]. Quod fere: uere autumno fieri solet. Cum uero dolor vrget: manu gestari debet: deinde fieri. in ambulatione leui se dimouere. & si podagra est: interpositis tēporibus exiguis in uicē modo sedere: modo ingredi. tū anteq̄ cibū capiat sine balneo loco calido leuiter p[ro]fricari: sudare: p[ro]fundi aqua egelida: deinde cibū sumere ex media materia inter p[ro]fritis rebus vrinā mouentibus: quotiesq; plenior est: euomere. Vbi dolor uel uentis vrget: in tereft sine tumore is sit: an tumor cū calore: an tumor iā et obcaluerit. Nam si tumor nullus est: calidis fomētis opus ē. Aquā marinā uel muriā durā feruifacere oportet deinde i peluē conijcere: & cū iā homo pati pōt: pedes demittere: superq; palā dare & uel timēto tegere: paulatim deinde iuxta labrū ipsum ex eadē aqua leuiter ifundere: ne calor itus destituat: ac deinde noctu cataplasmata calcifaciētia iponere: maxieq; ibisci radicē ex uino cocta. sin uero tumor: calorq; ē: utiliora sūt refrigerātia: recteq; i aqua quā frigidissima articuli cōtinent: sed neq; quotidie: neq; diu sit: ne nerui idurescāt. Imponēdū uero ē cataplasma: q̄ refrigeret. Neq; tñ in hoc ip[s]o diu p[ro]manēdū: sed ad ea transiēdū: q̄ sic reprimūt: vt emolliāt. Si maior ē dolor: papaueris cortices i uino coquēdi miscēdiq; cū cærato sunt: q̄ ex rosa factū sit. Vel cæra & adipis suillæ tantū dē vna li quādū: deinde his uinū miscēdū: atq; ubi q̄ ex eo impositū ē: icaluat: detrahēdū & subinde iponēdū aliud ē. Si uero tumores et obcaluerūt & dolēt: leuat spōgia: q̄ iposita subinde ex oleo uel aceto uel aqua frigida exprimit[ur] aut pari portioē iter se mixta: p[er] cæra alumē. Sūt et plura idonea māib[us] pedibusq; malagmata. Quod si nihil superiponi patit[ur]: id q̄ sine tumore ē: fouere oportet spōgia q̄ in aquā calidā demittat[ur]: in aqua uel papaueris cortex: uel cucumeris siluestris radix decocta sit. tū iducere articulis crocum cū succo papaueris & ouillo lacte. at si tumor est. fouere quidē debet aqua calida in qua lentiscus. aliaue uerbena reprimētibus decocta sit. induci uero medicamentum ex nucibus amaris cum aceto tritis: aut ex cerusa: cui cōtrita herba muralis succus sit adiectus. Lapis et qui carnem exedit: quem sarco phagon græci uocant: excisus sic ut pedes capiat: demissos: eos cū dolent: retento q; ibi: leuare consuevit. Ex quo in alia lapidi tasio gratia est. Vbi dolor & inflamatio se miserunt: q̄ itra dies quadraginta sit nisi uitiū hoīs accessit: modicis exercitationibus: abstinētia: vnctionibus lenibus utendū est: sic ut et acopo uel liquido cærato cyprino articuli p[ro]fricentur. Equitare podagricis quoq; alienum est. Quibus uero articulorum dolor certis temporibus reuertit[ur] hos ante & curioso victu cauere oportet: ne inutilis materia corpori superfit & cerebro re vomitu. & si quis ex corpore metus ē: uel alui ductione uti uel lacte purgari. Quod Erasistratus in podagricis expulit ne in inferiores partes factus cursus pedes replet: cum euidens sit omni purgatione non superiora tantū modo: sed et inferiora exinaniri. Ex quo cunq; autem morbo quis inualefcit: si tarde confirmatur: vigilare prima luce debet nihilominus in lecto conquiescere. circa tertiam horam leuiter vnctis manibus corpus permulcere. Deinde delectationis causa quantum iuuat ambulare circuncisa omni negociosa cogitatione uel actione: tum gestari diu: multa fricatione uti: loca: cælu: cibos sæpe mutare. Vbi triduo: quatruiduo uinū bibit: uno aut et altero die inter pōcre aquā. Per hæc. n. fiet: ne i uitiā tabē iferēt: icidat & ut mature uires suas recipiat.

de stomia in m[er]ito. aqua uel p[ro]p[ri]e. vide Actius. lib. 12. c. 23. Ho.

Id est. 6. affo. 7. affo. 44.

concedit duricia in p[ro]fusione ne iā durat

l. c. uis. i. alia

acopo. i. m[er]ito. terreftri

exasistat

Ho. m[er]ito. quocunq; morbo cromo

de uino



Cū ex toto vero conualuerit: periculosa vitæ genus subito mutabit & inordinate aget: Paulatim ergo debeat omittis his legibus eo transire vt arbitrio suo viuat.

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER QVINTVS INCIPIT:

Ixi de his malis corporis: qbus victus rō maxie subuenit. Nūc trāseū dū ē ad eā medicinā pte: quæ magis medicamētis pugnāt. His multū antiq̄ auctores tribuerūt & Erasistratus: & hi qui se empiricos nominauerūt: p̄cipue tñ Erophilus: deductiq; ab illo viri adeo vt nullū morbi genus sine his curarēt. Multaq; ēt de facultatibus medicamentoz; memoriæ prodiderunt. qualia sunt vel Zenouis vel Andriæ vel

Apollonij. qui Myx cognominatus est. Horū at vsūm ex magna pte Asclepiades nō sine cā sustulit: & cū oia fere medicamēta stomachū lædāt: maliq; fuci sint: ad ipsius: victus rationē potius oēm curā suā trāstulit. Verū vt illud i plerisq; morbis vtilius est: sic multa admodū corporibus nostris icidere cōsueuerūt: quæ sine medicamētis ad sanitatē puenire nō possunt. Illud ante oia scire cōuenit: qd̄ oēs medicinæ ptes ita inexasunt: vt ex toto separari nō possint: sed ab eo nomē trahāt: a quo plurimū petūt. ergo vt illa quæ victu curat aliqñ medicamētū adhibet: & illa quæ p̄cipue medicamentis pugnat: adhibere ēt rationē victus debet. quæ multū admodū i oibus malis corporis pficit. Sed cū oia medicamēta pprias facultates habeāt: ac sæpe simplicia opitulētur sæpe mixta: nō alienū videt̄ ante pponere & nomina & vires & mixturas eoz;: quo minor ipsius curationis ex sequentibus mora sit.

De simplicibus facultatibus quarūcunq; rerum ex quibus medicamēta fiunt. & primo de his: quæ sanguinem supprimunt.

Caput. i.
Anguinē supprimūt atramētū futoriū: qd̄ græci chalcato appellāt: chalcitis: a cacia & ex aq̄ licū: thus: aloē: gūmi: plūbū cōbustū: porrū: herba sanguinalis: creta vel cimolia vel figuralis: mysi: frigida aq; vinū acetū: alumē: melinū squama & ferri & aris. atq; huius quoq; duæ species sunt: alia tñ aris alia rubri aris.

Caput. ij.
Quæ vulnus glutinant.
Lutināt vulnus: myrra: thus: gūmi: p̄cipueq; acātinū p̄sillcū: tragacātha: cardamomō: bulbi: lini semē: nasturciū: oui albū: glutē: icthyocolla: vitis alba: cōtusa cū testis suis cochleæ: mel coctū: spōgia: vel ex aq̄ frigida: vel ex vino: uel ex aceto expressa. ex his dē lana succida: si leuis plaga ē: ēt aranea: alumen & scissile: qd̄ scithō vocat̄ & liquidū: melinū: auripigmētū: arugo: chalcitis: atramētū futoriū.

Caput. iij.
Quæ concoquunt & mouent pus.
Oncoquūt & mouēt pus: nardū: mirra: costus: balsamū: galbanū: p̄polis: styrax: thuris & fuligo & cortex bitumē: pix: sulphur: resina: seuū adeps oleū.

Caput. iij.
Quæ aperiunt vulnera.
Vulnera aperiūt tāq; ora in corporibus: qd̄ stoma græce dicit̄: cynamomum balsamū: panaicis: iuncus quadratus: puleiū: flos albæ violæ: bdella: galbanū: resina terebinthina & pinea: popolis: oleum uetus: piper: pyretum: chamepitis: uua timinia: sulphur: alumen: rutæ semen.

Caput. v.
Quæ purgant.
Vrgāt: arugo: auripigmētū: qd̄ arsenicō a græcis noiat̄. Huic at̄ & sandracæ i oia eadē uis: sed ualidior ē squama aris: pumexiris balsamū styrax: thus thuris cortex: resina & pinea & terebinthina liqda: oenāthe: lacerti stercus. sanguis colūbæ & palūbi & hirundinis: ammoniacū: bdelliū quod in oia idē qd̄ ammoniacū

Intensio h. quinila bxi

Asclepiades. Antiquior. ut Gal. ait. p. de corp. medi. secūm. locos. c. 1. p. in his que asclepiades memō. mala Asclepiadis laudada con. structio. vide. 3. h. c. 4. et. ut. oia. illos. 2. h. c. 12.

hoc de medicine partiu3 mēxione.

Chalcitis Atramētus futoriū

squame aris dicit̄ s̄p̄s

scithon

aperiunt. Stoma. quod est ferri acies aut in corp. ductū reductusq; acuit. ut dicit. p. uery. lib. 5. dicit̄. c. 50. a. si. quod Stomoma dicit̄. sandracæ. vide. siluati. c. 3. p. 615. de sandracæ

pōt: sed magis ualentius est: abrotanum. ficus arida: coccum gnidiū: scobis cboris omphacium: radícula: coagulū: sed maxime leporinum: cui eadem quæ ceteris coagulū de roagulo leporis facultas: sed ubiq; ualidior est: fel: uittellus crudus: cornu ceruinum: glutem taurinum mel crudum: mistios: chalcitis: crocum: uua timinia: abrotanum: spuma argenti: gal la squama aris: lapis hæmatites: minium: costum: sulphur: pix cruda: seuum: adeps oleum: ruta porrum: lenticula: eruum.

Quæ rodunt. **Caput. vij.**

Odūt alumē liquidū: sed magis rotundū. arugo. chalcitis mysi. squama aris sed magis rubri: as cōbustū. sandraca. minū synopicū. galla. balsamū. myrra thuris cortex. galbanū. resina terebinthina hūida. pip utiq; sed rotūdū magis. cardamomū. auripigmētū. calx. nitru. & spuma eius. apij semē. narcissi radix. omphyacū. alcyoniū. oleū ex amaribus nucibus. alliu. mel crudū. vinū lētiscus. squama ferri fel taurinū. scamōea. uua timinia. cynamomū styrax. cicutæ semen: resina. narcissi semē. fel. nuces amaræ. oleumq; earū. atramentū futoriū. chryfocolla. veratrum. cinis.

Quæ exedunt corpus. **Caput. vij.**

Xedūt corpus acaciæ succus: hebenus: arugo: squama aris: chryfocolla: cinis cyprius: nitru cadmia: spuma argēti. hypocystis: diphryges sal. auripigmētū sulphur. cicuta. sandraca. salamandra. alcyoniū. aris flos. chalcitis: atramētū futoriū: ochra: calx: acetū: galla: alumē lac caprifici: vel lactuca marina: quæ tithimal los a græcis nominat̄: alcyoniū: fel: thuris fuligo: spodiū: lenticula: mel olea folia: mar rubium: lapis hæmatites & phrygius & rasius & scissilis: mysi: vinum: acetum.

Quæ maxima. l. tubinal los. vide hic. p. 175. de pluchy p. 10.

Quæ adurunt. **Caput. viij.**

Durūt auripigmētū: atramētū futoriū: chalcitis mysi arugo: calx: carta com busta: sal: squama aris: fex cōbusta: myrra: stercus & lacerti & colūbæ & palū bi & hirūdinis: pip: coccū gnidiū: alliu diphryges: lac utruq; qd̄ pxio capite su pra cōprehēū ē: veratru & albū & nigrū: cātharides: coraliū: pyretū thus: salamādra eruca: sādaca: uua timinia: chryfocolla: ochra: alumē scyffile: ouilū stercus: oenāthe.

Quæ crustas vlcibus inducunt. **Caput. viij.**

Adē fere crustas vlcibus tāq; igne adustis inducūt: sed p̄cipue chalcitis utiq; si cocta est: flos aris: arugo: auripigmentum: misū & id quo magis coctum.

Quæ crustas vlcibus resoluunt. **Caput. x.**

Rustas uero has resoluit fariā triticea cū ruta vel porro aut lenticula: cui mellis aliqd adiectū ē. **Quæ discutiat ea: q̄ i aliq; pte corporis coierūt.** **Caput. xi.**

Discutienda uero ea: quæ i corporis pte aliqua coerūt: maxie possunt: abrotanū: heleniū: amaracus: alba viola: mel: liliū: sampucus: cyprius: lac: fertula cāpana serpillū: cupressus: cedrus: iris: viola purpurea: narcissus: rosa: crocū: passum: iuncus quadratus: nardū cynamomū: casia: ammoniacū: cæra: resina: uua timinia: spuma argenti: styrax: ficus arida: tragorigāus: lini & narcissi semē: bitumen: fordes ex gymnasio: pyrites lapis aut molaris: crudus vitellus: amaræ nuces: sulphur.

Quæ euocant & educunt. **Caput. xij.**

Vocat & educit: ladanū: alumē rotundū: hebenus: lini semen omphaciū: fel: chalcitis: bdeliū resina terebinthina & pica: p̄polis: ficus arida decocta: stercus colūbæ pumex: farina lolij: grossi i aq̄ cocti: elateriū: lauri bacca: nitrum: sal.

Quæ exasperata leuent. **Caput. xij.**

Euat id qd̄ exasperatū ē: spodiū: hebenus: gūmi oui albū: lac tragacanthum.

Quæ carnem nutriunt & ulcus implēt. **Caput. xij.**



manardus lib. 15. cap. 7.
p. 4. p. 10. m. 1. g. 1. r. 1. r.
p. 1. m. 1. p. 1. r. 1. r.

apiron. sulphur.

carinole

melicera. vide. fol. 79. col. p.

Proprie etiam dura mollit id quod mosci esse dicitur. Habet galbani vnciam: turis: fuliginis. P. Z. caræ: ammoniaci: thymiamatis trientes: piscis aridæ. P. ii. aceti heminas tres.

Malagma medi ad digerenda quæ cocunt.
Ertur etiam ad digerenda quæ cocunt sub auctore medo: quod habet caræ. P. z. panacis. P. semis: squamæ aris: aluminis rotundi: item scissilis. singulorum. P. i. plûbi combusti. P. & semis.

Malagma Panthemii ad eadem.
a De eadem panthemus vtebat: calcis. P. semis. sinapis contriti: ite sceni græci: aluminis: singulorum. P. i. Scui bubuli. P. ii. & semis.

Malagma ad strumas.
a D strumâ multa malagmata inuenio. Credo at quo peius id malum est: minusq; facile discutit: eo plura esse têtata: quæ in psonis varie respõderunt. Andreas auctor è: vt hæc misceant vrticæ feminis. P. xi. piperis rotundi: bdellij. galbani: amoniaci: thymiamatis: resinæ aridæ: singulorum. P. xiiij. resinæ liquidæ: caræ: pyretri: piperis logi: lactucæ marinæ feminis: sulphuris igne nõ expti: qd apiron vocatur: fecis aridæ: aceti: spumæ nitri: salis amoiaci: sinapis: cardamomi: radice ex cucumere siluestri: resinæ: singulorum. P. xvij. Quæ ex leni vino contunduntur.

Aliud malagma ad id valens.
e Xpeditius ad id fit: qd habet visci: fementi: stercoris resinæ sulphuris igne nõ expti pares portiones. Et in quo est sulphuris. P. xi. lapidis quem pyriten uocant. P. xiiij. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis eiusdè pars vna: sulphuris due partes: resinæ terebinthine partes tres.

Malagma ad strumâ & phymata.
a Rabis autè cuiusdam est ad strumâ & oriètia tubercula: qhymata vocantur qd hæc digerit. Habet myrræ: salis amoniaci: turis: resinæ & liquidæ & aridæ: croci magmatis: caræ: singulorum. P. xi. lapidis eius: quem pyriten vocant. P. xiiij. quibus quidâ adijciunt. sulphuris. P. ij.

Malagma ad strumâ & tubera & carcinodas.
e St èt pficiens in struma & in his tuberibus: quæ difficiliter cõcoquunt. & in his: quæ carcinodæ vocat: qd ex his cõstat. sulphuris. P. xij. nitri. P. xiiij. myrræ. P. xvi. fuliginis turis. P. semis: salis ammoniaci. P. z. caræ. P. i.

Malagma protarchi ad parotidas & fauum & mala vlcera.
p Rotarchus autem ad parotidas eaq; tubercula: quæ melicera. i. faui uel phymara nominantur: item mala vlcera: pumicis: resinæ pineæ liquidæ: turis fuliginis: spûe nitri: iridis: singulorum. P. xvij. cum caræ. P. xix. miscebat: hisq; olei cyathum & dimidium adijciebat.

Malagma aduersus panum & phymata.
a T aduersus panû tum primû oriente: qd phygetrõ græci vocat: & omne tuberculû: qd phyma noiât: misceat ochra: q atice noiatur cû duabus partib9 simila: hisq; cõtundit: subide mel istillat: donec malagmatis crassitudo fit.

Malagma aduersus phymata.
d Ifcutit etiam omne tuberculum: quod phyma vocatur: id quod habet calcis: nitri spumæ: piperis rotundi: singulorum. P. xi. galbani. P. xii. salis. P. xiiij. q excipiuntur cegrato ex rosa facto.

Malagma ad supprimendum omne quod abscedit.
f Vpprimiq; oẽ qd abscedit id: in quo è galbani: fabæ: frefe: singulorum. P. xi. myrræ: turis ex radice capparis corticis: singulorum. P. xiiij. Satisq; oia absentia digerit murex cõbustus & bene cõtritus aceto subinde adiecto.

Malagma ad sanguinè supprimèdû & phymata.
a T si satis sanguis subit: recte iponitur qd aduersus phymata quoq; põt. Constat ex his bdellij: styracis amoniaci: galbani: resinæ & aridæ & liquidæ pineæ. Itè ex lentisci: turis: iridis: singulorum. P. xii.

Malagma ad carcinodas & phymata lenièda.
c Arcinodæ vero & phymata cõmode his leniunt: galbani: visci: amoniaci: resinæ terebinthine in singulis. P. xi. seui taurini. P. semis: fecis cõbustæ quâ maxia portioe: dũ id siccius non faciat: quâ esse malagma oportet.

Malagma ad liuorè faciei contuse.
q V od si facie contusa liuor suberuentus est: hæc cõpositio nocte & die iposita tollit. Aristolochiæ: thapsiæ: singulorum. P. xii. bdellij: styracis: amoniaci: thymiamatis: galbani: resinæ aridæ & ex lètico liquidæ: turis masculi: iridis illiricæ: ceræ: singulorum. P. xiiij. Idem faba quoq; imposita proficit.

Malagmata stomachica ad aperièdum.
f Vnt èt quedâ malagmata: q stomachica græci vocat: qm aperiendi vim habet. Quale est qd ex his cõstat. piperis longi: spûe nitri: singulorum. P. xii. crisimi. P. xiiij. Quæ cû melle miscent. Idoneaq; èt struç aperiendè sunt eius generis: Vchementiusq; ex his est id quod hêt calcis. P. xiiij. piperis grana sex nitri: ceræ: singulorum. P. xx. mellis. P. z. olei heminam.

Niconis malagma ad resoluendum aperiendumq; ac purgandum.
n Iconis quoq; est qd resoluit: apit: purgat. Hêt alcyonium: sulphur: nitri: pumicè paribus portioibus: qb9 tm picis & ceræ adijcit: vt fiat carati crassitudo.

Malagma ad ossa & neruos.
a D ossa autem Aristogenis fit ex sulphuris. P. xi. resinæ terebinthine: nitri spumæ & ex scylla partis interioris: plumbi eloti singulorum. P. xii. thuris fuliginis. P. xviii. ficus aridæ quam pinguisime: seui taurini: singulorum. p. xviii. caræ. p. xxi. iridis macedoniæ. p. xvi. selami fricti acetabulum. maximeq; neruis & articulis malagma conuenit.

Malagma Euticlei ad articulos & ad omnem dolorem.
i Gif Euticlei est & ad articulos & ad omnem dolorem & ad vesicæ & ad receticatrice contractos articulos: quas ancylas græci nominat. quod habet fuliginis thuris acetabulum. resinæ tantundè: galbani sine furculis sescunciam ammoniaci: bdellij: singulorum. p. z. caræ. p. semis. Aliud item fit: quod habet iridis: ammoniaci: galbani: nitri singulorum. p. xxiiij. resinæ liquidæ. p. xvi. ceræ. p. xxvi.

Malagma Sasogorè ad dolores articulorum.
a D dolores articulorû Sasogorè: plumbi combusti: papaueris lacrimæ: corticis hyoscyami: styracis peucedani: seui: resinæ: ceræ pares portiones.

Chrysiipi malagma ad idem valès.
c Hrysiipi: resinæ liquidæ: sandaracæ: piperis: singulorum. p. xxii. quibus ceræ paulum adijcitur.

Clesipontis malagma ad idem valens & ad parotidas & phymata & strumâ:
f ij

guiluis.

anila

Chrysiipi.

Clesipons.



- L**esipontis ceræ cretica: resina terebinthina: nitri quā ruberrimi: singulorū .p. semis: olei cyathi tres. Sed id nitru ante p triduum instillata aqua terit & cū sextario eius incoquitur donec ois humor consumat. potest vero ea cōpositio ēt ad parotidas: phymata: strumam: omnemq; coitum humoris emolliendum.
- M**alagma ad articulos.
- a** D articulos fici quoq; aridi partem nepetæ mixtam: vel vuam timiniā sine feminibus cum pulcio recte aliquis imponit.
- M**alagma Aristonis aduersus podagras & recentia phymata & omnis dolores.
- a** Adem podagræ præsidia sunt. Sed ad eam fit Aristonis quoq; quod habet nardi: cynamomi: casia: cameliontis: iunci rotundi singulorum .p. xviii. seu caprini ex irino liquati .P. xxx. iridis .P. xi. quæ in aceto quam acerimo iaceat per .xx. dies debet. Idem autem etiam recentia phymata doloresq; omnes discutit.
- T**heoseni malagma ad pedum dolores.
- a** T Theosenus ad pedum dolores seu a renibus partem tertiam: salis partes duas miscebat: hisq; membranulam illitam imponebat: tum super iniciebat ammoniacum: thimiana i aceto liquatum.
- N**umenij malagma ad podagram ceterosq; articulos iduratos.
- a** T Numenius podagram ceterosq; articulos induratos hoc mollebat. abrotani: rosæ aridæ: papaueris lacrimæ singulorum .P. xiii. resina terebinthina: .P. xiiij. turis: spumæ nitri: singulorum .P. xvij. iridis: aristolochia: singulorum .P. xxii. ceræ .P. iiii. quibus adicitur cedri cyathus vnus. olei laurei cyathi tres: olei acerbi sextarius.
- D**exii malagma si quando callus in articulis increuit.
- f** I quando autem in articulis callus increuit Dexius docuit imponere calcis. .P. xiiii. cærussæ .P. xviii. resina: pineæ: .P. xxx. piperis grana .xxx. ceræ .P. z. Quibus dum contunduntur: hemina vini leuis instillat.
- D**ecemplastris. Caput decimūnonum.
- c** X emplastris autem nulla maiorem vsū prestant: quam q̄ cruentis protinus vulneribus inijciuntur: enhama græci vocant. Hæc enim reprimunt inflātionem nisi magna vis eam cogit: atq; illius quoq; impetum minuunt: tū glutinant vulnera quæ id patiuntur: cicatricem hisdem inducunt. Constant autem ex medicamentis non pinguibus. ideoq; alipene nominantur.
- B**arbarum emplastrum nigrum: quod cruentis protinus vulneribus inijcitur.
- o** P timum ex his est quod barbarum vocatur. Habet æruginis rasæ .P. xxii. spumæ argenti .P. xxx. aluminis: picis aridæ: resina pineæ aridæ singulorum .P. xi. quibus adiciuntur olei & aceti: sigulæ hemina.
- C**oacon emplastrum nigrum ad idem valens.
- a** Lterū ad idē: quod choacon uocat: habet spumæ argenti .P. xc. resina aridæ tantundem. Sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplastris color niger est: qui fere talis fit. ex pice atq; resina. At ex bitumine nigerrimus. ex erugine aut eris squama viridis. ex minio rubet. ex cærussa albus.
- B**asilicon emplastrum nigrum ad idem.
- p** A uca admodum compositiones sunt in quibus aliquid mixturæ uarietas nouat. Ergo id quoq; nigrum est. qd̄ basilicon noiat. Habet panacis .P. xi. galbani .P. xii. picis & resina singulorum .P. xx. olei dimidium cyathum.

Aristo.

Theosenus.

enhama

alipena

Smaragdinum emplastrum ad idem.

a T quod puride ē: smaragdinū appellat. i quo sūt resina pineæ .P. xiiii. ceræ: .P. xi. æruginis .P. Semis. turis fuliginis .P. z. olei tantundem. aceti quo fuligo & ærugo in vnum cogantur.

Emplastrum ruffum ad idem.

c St et coloris fere ruffi: quod celeriter ad cicatricem vulnera perducere videt. Habet turis .P. xi. resina .P. xii. squamæ æris .P. xiiii. spumæ argenti .P. xxx. Ceræ .P. xc. olei heminam.

Paracollecticum emplastrum ad idem.

p Rætereā est: quam paracollecticā a glutinando vocant. Constat ex his. bituminis: aluminis scissilis .P. xiiii. spumæ argenti .P. x. & olei veteris hemina:

Cephalicum emplastrum philotæ capiti conueniens.

p Rætereā sunt quædam generis eiusdem: quæ quia capitibus fractis maxime conueniunt: cephalica a græcis nominantur. philotæ compositio habet terræ erythria: chalcitidis: Singulorum .p. xiiii. myrræ: aris combusti .p. xx. ichtyocollæ singulorum .P. xvi. æruginis rasæ: aluminis rotundi. mysi crudi: aristolochia: Singulorum .P. xviii. squamæ æris .P. xx. turis masculi .P. xii. ceræ .P. i. rosæ & olei acerbi ternos cyathos: aceti quantum satis est. dum arida ex eo conteruntur.

Emplastrum viride ad idem valēs.

a Liud ad idem viride æris combusti: squamæ æris. mirre ichtyocollæ: Singulorum .P. xvi. mysi crudi: æruginis rasæ: aristolochia: aluminis rotundi singulorum .P. xviii. ceræ .P. xi. olei hemina: aceti quod satis sit.

Tetrapharmacum emplastrum ad pus mouendum.

p Vri autem mouendo non aliud melius: quam quod expeditissimum est. tetrapharmacum a græcis nominatur. habet pares portiones ceræ: picis: resina: seui taurini: si id non est: vitulini. ideoq; dicit paulus lib. 7. pag. iis.

Ennepharmacon emplastrum ad pus mouendum & ad purgandum valēs.

a Lterum ad idem ennepharmacon nominatur: quod magis purgat. constat ex nouem rebus: ceræ: melle: seuo: resina: myrra: rosa: medulla vel ceruia uel vitulina vel bubula: hyfopo: butyro. Quorum ipsorum quoq; pondera paria miscntur. Sunt autem quædam emplastra: quibus vtriusq; rei facultas ē. quæ si singula habenda sunt. meliora sunt. Sed in copia rei ieienda sunt: his potius adhibitis: q̄ proprie id: quod eo tempore opus est: consequuntur. Exempli causa duo propōam.

Attalum emplastrum ad vulnera.

c St igitur ad vulnera attalū: qd̄ habet squamæ æris .P. xxvi. fuliginis .P. xxv. ammoniaci tantundem. resina terebinthinae liquidæ .P. xxxv. seui taurini tantundem aceti heminas tres: olei sextarium.

Iudæi emplastrum fracto capiti accommodatum.

a T inter ea quæ fracto capiti accommodantur: habent quidam id quod ad auctorem iudæum refertur. Constat ex his. salis .P. xiiii. squamæ æris rubri: eris combusti. singulorum .P. xxii. ammoniaci: thymiamatis: turis fuliginis: resina aridæ singulorum .P. xvi. resina colophoniacæ: ceræ: seui vitulini curati: singulorum .P. xxx. aceti sesquicyathum: olei minus cyathum. T etherapcumena græci appellant quæ cur

fractis. que fractura ad la
minam usq; puenit. ut de
cit. gal. 2.º de cat. uisus in
parte de emplis. que pro
prie cephalica notantur

tetrapharmacum quod
ponti gal. sm.º. x.º.º.º.º.º.
de etiag basilico. ut q.º.º.º.
dicam.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.
p.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.º.

Iudæus.

rata vocant: cum ex seuo puta omnes membranula diligenter exempta sunt: ex alio medicamento.

¶ Diadaphnidon emplastrum ad extrahendum:

Vnt etiam quedam emplastra nobilia ad extrahendum. Quae ipsa quoque epifastica nominantur. Quale est: quod quia lauri baccas habet Diadaphnidon appellatur. in eo est: resina terebinthina. p. xx. nitri: carae: picis aridae: baccarum lauri: singulorum. p. xxx. olei paulum. Quotiens aut baccam: aut nucem: aut simile aliquid posuero: scire oportebit: antequam expendatur: ei summam pelliculam esse demendam.

¶ Aliud diadaphnidon ad extrahendum & pus mouendum.

Liud eo nomine: quod puri quoque mouedo est: seui vitulini: ammoniaci: thymiamatis: picis: carae: nitri: baccarum lauri: resinae aridae. aristolochiae: pyretripares portiones.

¶ Philocratis emplastrum ad extrahendum & pus mouendum.

Recter has est philocratis: quod habet salis ammoniaci. p. xvii. aristolochiae. p. xviii. cere. resinae terebinthinae. fuliginis turis: singulorum. p. xxv. spume argenti. p. xxxix. Quibus ut pus quoque moucant: iridis. p. xiiij: & galbani. p. xvi:

adijciuntur:

¶ Rhypodes emplastrum ad extrahendum:

Primum tamen ad extrahendum est id: quod a similitudine sordium rhy-podes graeci appellant. Habet myrrae: croci: iridis: propolis: bdellij: capitulorum punici mali: aluminis & scissilis & rotundi. mysi: chalcitis: atramenti suturij cocti. panacis. salis ammoniaci. uisci. singulorum. p. xiiij. aristolochiae. p. xvij: squame aris. p. xxvi. resinae terebinthinae. p. lxxv. cere & seui uel taurini uel hircini. p. xc.

¶ Emplastrum Hecatei ad extrahendum:

Ecateo quoque auctore emplastrum generis eiusdem fit ex his. galbani. p. xij: fuliginis turis. p. xiiij. picis. p. xvi. cere & resinae terebinthinae. singulorum. xviii. quibus paulum irini unguenti miscetur.

¶ Alexandrinum emplastrum uiride ad extrahendum.

Alensque ad idem emplastrum uiride alexandrinum est. Habet aluminis scissilis. p. xviii. salis ammoniaci. pondo. xviii. z. squame aris. p. xxvi. myrrae. turis singulorum. p. xxviii. cere. p. x. cl. resinae colophoniacae aut pineae. p. cxc. olei heminam: aceti sextarium.

¶ De emplastris exedentibus.

Quaedam autem sunt emplastra exedentia: quae septa graeci uocant quale est id quod habet resinae terebinthinae fuliginis turis: singulorum. p. z. squame aris. p. xi. ladani. p. xii. aluminis tantundem: spume argenti. p. xiiii.

¶ Emplastrum quod exest corpus & ossa resoluit & super crescentem carnem coerces:

Xest etiam uehementer corpus atque ossa quoque resoluit & super crescentem carnem coerces id quod habet spume argenti: squame aris: uncias singulas: nitri ignem non experti: lapidis rasu: aristolochiae. p. sextantes: cere resinae terebinthinae: thuris olei ueteris: atramenti sutorii: salis ammoniaci. p. semis: eruginis: rase: p. bessem. aceti scylliti heminam. uini amineci tantundem.

¶ Emplastra aduersus morsus & alia recentiora vulnera:

LIBER QUINTVS

xliij

Vnt etiam aduersus morsus quedam accommodata quale est. Diogeni: nigrum: quod habet bituminis: carae: resinae pineae aridae: singulorum. p. xxx. spume argenti. p. xc. olei sextarium. Aut in quo sunt. squamae aris. p. xiiii. cerussae & eruginis passae singulorum. p. xviii. ammoniaci. p. xxij. carae: resinae pineae: singulorum. p. xxxv. spume argenti. p. xc. olei sextarium. Aut in quo sunt squamae aris. p. xxiiij. galbani. p. xvi. cerussae & eruginis rase singulorum. p. xviii. ammoniaci. p. xxii. carae: resinae pineae singulorum. p. xlv. spuma argenti concoquitur.

¶ Ethesium emplastrum rubrum ad idem ualens.

Vbrum quoque emplastrum quod ethesium uocatur huc aptum est. Habet resinae terebinthinae. p. xij. galbani. p. xiiij. minij sinopici. p. xvi. thuris fuliginis. p. xvi. cere. p. xvij. spume argenti. p. xlv. olei ueteris heminam.

¶ Aliud emplastrum ad idem ualens:

Tem id quod ex his constat. squame aris: turis fuliginis: singulorum. p. xiiij. galbani. p. xvi. salis ammoniaci. p. xxii. z. carae. p. xxxv. olei tribus heminis. Hac autem alius quoque recentioribus uulneribus recte imponuntur.

¶ Leuca emplastra non grauibus uulneribus accomodata & maxime senilibus.

Vnt enim alba lenia: leuca graeci uocant. fere non grauibus uulneribus accommodata: praecipueque senilibus. Quale est quod habet cerussae. p. xxxv. seui uitulini curati & carae. singulorum. p. xlviij. olei heminas tres: ex quibus ea cerussa coquitur.

¶ Elephantinum emplastrum.

Liud quod habet cerussae. p. x. carae. p. xxxv. olei heminam: aquae sextarium. Quae quotiens adijciuntur cerussae uel spume argenti: scire licet illa ex his coquenda esse. Est autem ea percandida compositio quae supra posita est. ideoque elephantina nominatur.

¶ Lenia emplastra.

Enia quoque quedam emplastra sunt: quas liparas fere graeci nominant. ut id quod habet minij. p. xiiii. spume argenti. p. xxxv. carae & adipis suillae: singulorum. p. xxxvii. uitellos quattuor.

¶ Emplastrum lene.

Lia compositio generis eiusdem: carae: resinae terebinthinae: singulorum. p. xvi. cerussae. p. xviii. spume argenti: plumbi recentissimi: scorian molybdi graeci uocant: singulorum. p. xxx. cicini: olei: & myrti: singulorum heminam.

¶ Arcaghati emplastrum lene.

Ertia quae ad auctorem arcaghatum refertur: mysi cocti: aris com-busti: singulorum. p. xiiii. cerussae coctae. p. xviii. resinae terebinthinae. p. xx. spume argenti. p. xvi.

¶ Emplastra eiusdem generis ad leniendum apta.

f iij



Trim numerus generis eiusdem: spumæ argenti: caræ: adipis. suillæ singulorum. P. xxxvii. vitelli cocti quattuor rosæ hemina A ut. araci ex oleo myrteo facti partes tres: adipis suillæ pars quarta: paulum ex plumbi recremento. Aut spumæ argenti scilicet ex olei hemina & aquæ marine altera cocta donec bullire desierit: cui paulum caræ sit adiectum: aut pares portiones caræ: seu: stibis: spumæ argenti: carussæ

*pastilli. aut vocis
ci. ut supra. e. 17. m. p. n. apti sunt.*
De pastillis & primo de his qui ad recentia vulnera glutinanda sanandaq; apti sunt. Caput vigesimum:

Astilli quoq; facultates diuersas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda sanandaq; apti. Qualis est qui habet chalcitis: myrri: spumæ niri: floris aris: gallæ: aluminis scissilis modice cocti: singulorum. P. xi. aris combusti: capitulorum mali pūici: singulorum. p. xiii. Hunc oportet diluere aceto: sic vulnus glutinandum est illinc. At si nervosus aut musculosus is locus est: commodius est carato miscere sic: ut illius octo partes: nona huius sit.

Alius pastillus ad glutinanda uulnera.

Alius ad idem constat ex his bituminis: aluminis scissilis: singulorum. P. xi. aris combusti. P. xiii. spumæ argenti. P. xxi. olei sextarium.

De phragide pastillo: quem polybus conficit: ad glutinandum vulnus:

Ed longe polybi celeberrimus est sphragis autem nominatur qui habet aluminis scissilis. P. xi. z. atramenti sutorii. P. xii. myrræ. P. xv. aloes tantumdem: capitulorum punici mali: fellis taurini: singulorum. P. xvi. Quæ contrita uino austero excipiuntur.

Pastillus ad ulcerâ fordida & nigritiem in auribus: naribus: obscenis partibus: inflammationesq; eorum.

Dulcera fordida & nigritiem in auribus: naribus: obscenis partibus inflammationesq; eorum thryfocollæ. P. xi. atramenti sutorii: aluminis scissilis singulorum. P. xii. haliacacabi corticis. p. xiii. minii: P. xvi. spumæ argenti. P. xxi. carussæ. P. xxvii. Quæ ex aceto & coguntur & ubi utendum est: diluuntur.

Pastillus andronis ad uiam inflammata ad naturalia fordida etiam cancro laborantia.

Andronis uero est ad uiam inflammata: ad naturalia fordida etiam cancro laborantia: gallæ: atramenti sutorii: myrræ singulorum.

P. xi. aristolochiæ: aluminis scissilis: singulorum. P. xii. capitula punici mali. P. xxxv. ex passo coacta & cum usus exigit aceto vel uino diluta: put ualentiùs aut lenius vitium est: cui medendum est.

Pastillis ad fixa ani: uel ora uenarum fundentia sanguinem uel cancrum:

Roprie autem ad ani fissi: uel ora uenarum fundentia sanguinem uel cancrum: aruginis. P. xii. myrræ. P. xxii. stibis. lacrimæ papaueris: acaciæ: singulorum. P. xxvi. Quæ ex uino & teruntur & in ipso usu deliquantur.

Pastillus ad expellendum calculum cum urina.

Xpellere autem ex uesica cum urina calculum uidetur hæc compositio. casia: croci: myrræ: costi: nardi: cynamomi: dulcis radice balsami: hyperici: pares portiones conteruntur. deinde unum lene instillatur: & pastilli fiunt: qui singuli habeant. p. x. z. hique singuli quotidie mane ieiuno dantur.

De pessis.

Caput uigesimum primum. *de pessis*

Acc tria compositionum genera: id est quæ in malagmatis pastillis emplastricisq; sunt. maximum: præcipueq; uarium uisum præstant. Sed alia quoq; utilia sunt. ut ea quæ foemini subiciuntur (pessus graeci uocant) eorum hæc proprietas est. Medicamenta composita molli lana excipiuntur. caq; lana naturalibus conditur.

Ad sanguinem euocandum.

D sanguinem autem euocandum canncis duabus adicitur nitri. p. x. aut alij semen conteritur. adicitur myrræ paululum: & unguem to sūfino miscetur. aut cucumeris siluestris pars iterior ex lacte muliebri diluitur.

Ad uulvam mollicendam.

D uulvam mollicendam oui vitellus & scenum graecū & rosa & crocum temperantur. Aut elaterii. p. x. z. salis tantumdem. uæ timinæ. p. xvi. melle excipiuntur.

Alia pessi compositio ad idem ualens.

Vt Boeto auctore: croci: resinae terebinthina: singulorum. p. xiii. myrræ. p. x. z. rosæ. p. xi. seu uitulini. p. xi. z. caræ. p. xii. miscentur.

Ad inflammationes uulua Numenii pessus.

Prima aut aduersus inflammationes uuluae numenii compositio est: quæ hæc

haliacacabi.

locus



croci. p. x. z. caræ. p. xi. butyri. p. xviii. adipis anserini. p. xxii. vitellos coctos duos: rosæ minus cyatho.

¶ Ad euiciendum e uula infantem mortuum. et vide fol. 47. col. 2.

f I uero infans intus decessit: quo facilius euiciatur malocoriū ex aqua terendum: eoq; utendum est.

¶ Si mulier uitio locorum concidit qua curatione utendum sit.

f I concidere uitio locorum mulier solet: cochleæ cum testis suis comburenda: conterendaq; deinde his mel adiciendum est. Si non cōprehendit adeps leonina ex rosa mollienda est.

¶ De medicamentis quibus aridis utimur.

Caput. xxii.

¶ Ad carnem supercrescentem exedendam.

q Vadam autem mixturæ medicamentorum sunt: quibus aridis neq; coactis utimur: sic ut inspergamus aut cum aliquo liquido mixta illinamus quale est ad carnem supercrescentem exedendam q; habet squamæ fuliginis turis singulorum. p. xi. aruginis. p. xii. Hæc autem eadem cum melle purgant ulcera: cum cera implēt. Myssi quoq; & gallasi paribus portionibus misceantur: corpus consumunt. eaq; uel arida inspergere licet: uel excepta cadmia illinire.

¶ Ad putrem carnē continendam ne ultra serpat: eamq; leniter exedendam plures compositiones.

p Vitrem uero carnem continet. neq; ultra serpere patitur & leniter exedenda: mel uel cum lenticula uel cum marrubio uel cum oleæ foliis ante ex uino decoctis. Item fertula campana in mulso cocta: deinde contrita. aut calx cum carato: aut amaræ nuges cum allio: sic ut huius pars tertia sit. paulumq; his croci adiciatur. Aut quod habet spumæ argenti. p. xvi. cornu bubuli combusti. p. xxii. olei myrtei & uini cyathos ternos. Aut quod ex his constat: floris punici mali. atramenti sutorii: aloes: singulorum. p. xii. aluminis scissilis: turis: singulorum. p. xiiii. gallæ. p. xviii. aristolochiæ. p. xx. Vehementius idem facit etiam adurendo: auripigmentum cum chalcitide & aut nitro aut calce aut charta combusti. Item sal cum aceto. Vel ea compositio quæ habet chalcitidis: capitulorum punici mali: aloes: singulorum. p. xii. aluminis scissilis: turis: singulorum. p. xiiii. gallæ. p. xviii. aristolochiæ. p. xx. mellis quantum satis sit ad ea cogenda. Vel cantharides. xi. sulphuris. p. xi. lolii. p. xiiii. Quibus adicitur picis liquidæ quantum satis est ad iungendum uel chalcitis quoq; cum resina & ruta mixta. aut cum eadem resina: diphyses. aut uua timinia cum pice liquida. Idem uero possunt feces uini combustiæ: & calcis & nitri pares portiones. uel aluminis scissilis. p. x. z. turis sandracæ: nitri singulorum. p. x. gallæ. p. xviii. aristolochiæ: p. xx. melis q̄tum satis est.

¶ Hieræ compositio:

e St etiam hieræ compositio. quæ habet myrræ: chalcitidis: singulorum. p. xij. aloes: turis: aluminis scissilis: singulorum. p. xiiii. Aristolochiæ: gallæ imaturæ: singulorum. p. xviii. malocorij contriti. p. xx.

¶ Iudæi compositio.

e T si iudæi: in qua sunt calcis partes duæ: nitri quæ ruberrimi pars tertia. quæ vrina impuberis pueri coguntur donec strigmenti crassitudo sit. Sed subinde his locus: cui id illinitur: madefaciendus est.

¶ Iollæ compositio.

a T iollas: chartæ combustæ: sandracæ singulorum. p. xi. calcis. p. xij. auripigmenti tantūdem miscebat.

¶ Ad sanguinis profluuiam: vel ex membrana cerebri: vel alijs locis. & ad cancrum: & ad inducendam cicatricem & ad coercendam carnem crescentem.

f I uero ex membrana: quæ super cerebrum est: profluit sanguis: vitellus combustus & contritus inspergi debet. Si alio loco sanguinis profluuium est. auripigmenti squamæ eris: singulorum. p. xi. sandracæ. p. ij. marmoris cocti. p. xiiii. inspergi debet. Eadem cancro quoq; consistunt. Ad inducendam cicatricem squamæ eris: turis fuliginis: singulorum. p. x. ij. calcis. p. iiii. Eadem incrementum quoq; carnem coercent.

¶ Timei compositio ad ignem sacrum vel cancrum.

c Imens autem ad ignem sacrum vel ad cæcrum his utebatur Myrræ. p. xii. turis: atramenti sutorii. singulorum. p. xiiii. sandracæ: auripigmenti: squamæ eris: singulorum. p. xiiii. gallæ. p. xvi. carussæ: combustæ. p. xviii. Eadem uel arida insperfa: uel melle excepta idem præstant.

¶ Ad sternutamenta excitanda.

f Ternutamenta uero uel albo veratro: uel struthio coniecto in nares excitant: uel his mixtis. piperis: ueratri albi: singulorum. p. x. z. castorei pondo. x. R. spumæ nitri. p. xi. struthii. p. xiiii.

¶ Gargarizationes quibus fieri debeant:

g Argarizationes autem aut lauandi causa fiunt: aut reprimendi: aut euocandi. Leuant lac: cremor uel ptisanæ uel fufurum. Reprimunt aqua: in aqua uel lenticula: uel rosa: uel rubus: uel cotoneū malum: uel palmulæ decoctæ sūt.

Euocant: sinapi: piper:

¶ De antidotis & quibus malis opitulentur.

Caput. xxiii.

a Ntidota raro: sed præcipue interdum necessaria sunt: quia grauissimis casibus opitulantur. Ea recte quidem dantur collisis corporibus uel per ictus uel ubi ex alto deciderunt: uel uiscerum: laterum: faucium interiorumq; partium doloribus. Maxime autem desideranda sunt: aduersus uenena uel p morsus uel per cibos aut potiones nostris corporibus inserta.

¶ Compositio antidoti.

u Num est: quod habet lachrimæ papaueris. p. x. z. acori: malobatri: p. xv. iris illiricæ: gummi: singulorum. p. xii. anisi. p. xiiii. nardi gallici: foliorum rosæ aridorum: cardamomi: singulorum. p. iiii. petroselinii. p. iiii. z. pfolii. p. v. casie nigre: silis: bdellii: balsami: feminis piperis albi: singulorum. p. x. z. styracis. p. v. z. myrræ: opoponacis: nardi syri: turis masculi: hypocistidis succi: singulorum. p. xvi. castorei. p. xvi. costi: piperis albi: galbani: resina: terebinthina: croci floris iunci rotūdi

locoruz forte p hoc intelligit id quod in libro hyp. de na feminea et de supfectate notat loelli. et est matrix tu bideris. et hoc intelligit georij mæxula in galico tuq; de homine. fol. 114. col. 2.



singulorum. p. vj. z. dulcis radice. p. viij. z. Quæ melle vel passo excipiuntur.
¶ Aliud antidotum Ambrosia nominatū: quod zopyrus Ptolemæo regi cōposuit.

Lterum quod zopyrus regi Ptolemæo dicitur composuisse atq; Ambrosiam
a nominasse: ex his constat. Costi: turis masculi: singulorum. P. v. piperis albi.
P. z. floris iunci rotundi. P. ij. cinnamomi. P. ij. casia nigra. P. iij. croci cilici.
p. iij. z. myrræ quæ stactē nominat. P. v. nardi indici. P. v. z. Quæ singula cōtrita mel
le cocto excipiuntur. Deinde vbi vtendum est: id quod ægyptiæ fabæ magnitudinē im
pleat: in portione vini diluitur.

¶ Antidotum mithridatis

Mithridatis
n Obilissimum autē est Mithridatis quod quotidie sumendo rex ille dicitur ad
uersus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse. In quo hæc sunt.
costi. P. S. z. acori. P. v. hyperici: cumini: sagapemi: agaciæ succi: iridis illiricæ
cardamomi: singulorum. P. ij. anisi. P. iij. nardi gallici: gētianæ radice: aridorum: ro
sæ foliorum: singulorum. P. iij. papaueris lachrimæ: petroselini. singulorum. P. iij. z.
casia: scilis lolij: piperis longi: singulorum. P. xvi. stiracis. p. v. z. castorei: turis hypoci
stidis succi: myrræ. opoponacis: singulorum. p. vj. malobathri folijs. xvi. floris iunci ro
tundi: resinæ terebinthinæ: galbani: dauci cretici seminis: singulorum. p. vi. z. nardi: opo
balsami: singulorum. p. vi. z. thiaspis. p. xv. z. radice ponticæ. p. vij. croci. zinziberis:
cinnamomi: singulorum. p. xvij. R. Hæc cōtrita melle excipiuntur & aduersus vene
num: quod magnitudinem nucis græcæ impleat ex vino datur. In cæteris autē affecti
bus corporis pro modo eorum: vel quod ægyptiæ fabæ: vel quod erui magnitudinem
impleat: satis est.

¶ De acopis.

Caput: xxiiij.

¶ Acopum neruis vtile.

Copa quoq; vtilia neruis sunt. Quale est quod habet floris iunci rotundi. p.
a ij. z. costis: iunci quadrati: lauri baccarum: ammoniaci: cardamomi: singulo
rum. p. iij. z. myrræ: aris combusti: singulorum. p. vij. iridis illiricæ: caræ: sin
gulorum. p. xiiij. alexandrini calami: iunci rotundi: asphalti: xylobalsami: singulorū.
p. xxvij. seui. p. i. vnguenti irini cyathum.

¶ Acopum elæodes neruis vtile.

Lterum quod elæodes vocant hoc modo fit. caræ. p. z. olei tantūdem: resinæ
a terebinthinæ ad nucis iuglandis magnitudinem simul incoquantur: deinde i
fusa in mortario teruntur: instillaturq; subinde quam optimi mellis acetabu
lum: tum irini vnguenti & rosæ terni cyathi.

¶ Enchrifa ad vlcera purganda & implenda.

Enchrifa
e Nchrifa autem græci vocant liquida quæ illinuntur. Quale est quod fit ad vl
cera purganda & implenda maxime inter neruos: paribus portionibus inter se
mixtis: butyri medullæ vitulinæ: seui vitulini: adipis anserinæ: caræ: mellis: re
sinæ terebinthinæ: rosæ: olei cilicini. Quæ separatim omnia liquantur: deinde liquida
misceritur: & tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat. Magis vero emollit
si pro rosâ cyprus infunditur.

¶ Ad sacrum ignem.

LIBER QVINTVS

xlviij

a D sacrum ignem spumæ argenti p. xvj. corni bubuli cōbusti. p. xij. conterun
tur: adijciturq; inuicem uinum: & id quod specialiter sil uocatur: & myrtum
donec utriusq; terni cyathi coniiciant.

¶ De catapotijs.

Caput. xxv.

¶ Catapotium ad somnū accersendū & leuationem doloris & simul ad concoquendū.

Atapotia quoq; multa sunt: varijsq; de causis fiunt. Anodyna uocant quæ sō
c no dolorem leuant. Quibus uti: nisi nimia necessitas urget. alienum est. Sūt
enim ex uehementibus medicamentis & stomacho alienis. potest tamen cri
am ad concoquendum: quod habet papaueris lachrimæ. galbani: singulorum. p. xi.
myrræ: castorei: piperis: singulorum. p. xij. Ex quibus quod erui magnitudinem ha
bet: satis est deuorasse.

¶ Catapotium ualentius ad somnum.

Lterum stomacho peius: ad somnum ualentius ex his fit: mandragoræ. p. z.
a apij feminis: item hyoscyami feminis: singulorum. p. iij. Quæ ex uino terunt
tur. Vinum autem eiusdem magnitudinis. quæ supra posita est: abunde est
sumpsisse.

¶ Catapotium ad plurimos dolores per somnum leniendos.

¶ Iue autem capitis dolores: siue ulcera: siue lippitudo: siue dentes: siue spiritus
f difficultas: siue intestinorum tormenta: siue inflammatio vulue est: siue coxa:
siue iecur aut lienis: aut latus torquet: siue uitio locorum aliqua prolabitur &
obmutescit: occurrit dolori per quietem eiusmodi catapotium. Silis: acori: rutæ silue
stris feminis: singulorum. p. i. castorei: cinnamomi: singulorum. p. xij. papaueris la
chrimæ: panacis: radice mandragoræ: malorum aridorum: iunci rotundi floris: sin
gulorum. p. ii. piperis grana. lvi. Hæc per se contrita: rursus instillato subinde passo:
simul oia teruntur: donec crassitudo sordium fiat. Ex eo paulum aut deuoratur: aut
aqua diluitur: & potui datur.

¶ Catapotium aliud ad multa ualens.

¶ Vin etiam siluestris papaueris: cum iam ad excipiendam lachrymam matu
q rum est: manipulus qui manu comprehendi potest: i uas demittitur: & super
infunditur aqua: quæ id cōtegat: atq; ita coquitur. Vbi iam bene manipulus
is coctus est ibidem expressus proijcitur: & cum eo humore: passi pari mensura misce
tur: inferuetq; donec crassitudinem sordium habeat. Cum infrixit: catapotia ex eo fiūt
ad nostræ fabæ magnitudinem. habentq; usum multiplicem. Nam & somnum faciūt
uel per se assumpta uel ex aqua data: & aurium dolores leuant: adiectis exiguo modo
rutæ succi: ac passi. Et tormina supprimunt ex uino liquata: & inflammationē uulue
coercent mixta carato ex rosâ facto cū paulum his croci quoq; accessit: & ex aqua fron
ti inducta: pituitam in oculos decurentem tenent.

¶ Catapotium ad inducendū somnum: quod vulua dolens prohibuit.

¶ Tem si vulua dolens somnum prohibuit: croci: p. xij. anisi: myrræ: singulo
rum. xi. papaueris lachrimæ. p. xiiij. cicutæ feminis. p. xvij. misceruntur: excipiū
turq; uino uetere & quod lupini magnitudinē habet in tribus cyathis aq dilui
tur. Id tñ in febre periculose datur.

¶ Ad iecur sanandum.

a D sanandum iecur nitri. p. z. croci: myrræ: nardi gallici singulorum. p. i. mel
le excipiuntur: daturq; quod ægyptiæ fabæ magnitudinem habeat.

¶ Ad finendos dolores lateris.

a D lateris dolores finiendos: piperis: aristochie: nardi myrrę pares portiones.

¶ Ad thoracis dolores finiendos

a D thoracis: nardi. p. i. turis: casie: singulor. p. iij. myrrę. cinnamomi singulor. p. xi. croci. p. xvij. resinę terebinthine quadrās: mellis hemine tres.

¶ Catapotiu Athenionis ad tussim.

a D tussim Athenionis: myrrę: piperis: singulor. p. xi. castorei: papaueris lacrima: singulorum. p. xi. Quę separatim cōtusa postea iūgūt & ad & magnitudine fabę nostrę bina catapotia mane: bina noctu dormituro dantur.

¶ Catapotium Heraclidis tarentini ad tussim & somnum.

f I tussis somnum prohibet: ad utrāq; Heraclidis tarentini: croci. p. xi. cinnamomi. castorei: papaueris lacrimę singulor. p. i. myrrę: piperis longi. costi galbani: singulorum. p. z.

¶ Catapotium ad purganda vlcera in faucibus tussientibus.

q Vod si purganda sunt vlcera in faucibus tussientibus: panacis: myrrę: resinę terebinthina: singulor. p. x. galbani. p. z. hyfopi. p. z. conterenda sunt. hisq; hemina mellis adijcienda: & quod digito excipi pōt: deuorandum est.

¶ Collice cassij medici.

c Ollice vero Cassij ex his constat: croci: anesi: castorei: singulor. p. xij. petroselini. p. xij. piperis & longi & rotundi: singulor. p. xv. papaueris lacrima iūci rotundi: myrrę: nardi: singulor. p. xvi. Quę melle excipiuntur. Id at & deuorari potest: & ex aqua calida sumi.

¶ Ad infantem mortuum aut secundas expellendas. vide fol. 49. col. 2.

i Nfantem vero mortuū aut secundas expellit aqua potio cui salis amoniaci. p. xi. aut cui dictami cretici. p. xi. adiectum est.

¶ Laborantibus ex partu quid dari debeat.

e X partu laborantibus erisimum ex vino tepido ieiunā dari debet.

¶ Ad adiuuandam vocem.

u Ocem adiuuat turis. p. i. in duobus cyathis vini datum

¶ Aduersus difficultatem vrinæ.

a Duerfus vrinæ difficultatem: piperis longi: castorei: myrrę: galbani: papaueris lacrima: croci: costi: vncie singula: styracis: resinę terebinthina: Podo sextantes: mel: absinthij cyathus. Ex quibus ad magnitudinem fabę ægyptię & mane & cœnato dari debet.

¶ Arteriace compositio fiat:

a Rteriace vero hoc modo fit. casia: iridis: cinnamomi: nardi: myrrę: turis: singulorum. p. i. croci. p. i. piperis grana. xxx. ex passu tribus sextarijs decoquūt donec mellis crassitudo his fiat. Aut croci: myrrę: turis: singulor. p. i. cōijciuntur in passu eundem modū. eodemq; modo decoquuntur. Aut eiusdem passu hemine tres vsq; eo coquuntur: donec extracta inde gutta indurescat & adijci trite casie. p. i.

¶ De quinq; generibus noxarum corporis & primo de vulneribus quę maxime per tela inferuntur. Caput. xxvi:

Vm facultates medicamentorum proposuerim genera in quibus noxa corpori est: proponam. Ea quinq; sunt. Cum quid extrinsecus læsit: vt in vulneribus. Cum quid intra seipsum corruptum est. vt in cancro. Cum quid inatū

est: vt in vesica calculus. Cum quid increuit: vt vena q̄ intumescens in varicā conuertitur. Cum quid deest: vt cum curta pars aliqua est. Ex his alia sunt: in quibus plus medicamenta. Alia in quibus plus manus proficit. Ergo dilatis his. quę præcipue scalpel lum & manum postulant: nunc de his dicam. quę maxime medicamentis egent. Diuidam at hanc quoq; curandi partem sicut priorem. Et ante dicam: quę i qualibet partem corporis inducunt. Tum de his: quę certas infestant. Incipiam a vulneribus. In his autem ante omnia scire metus debet. quę insanabilia sint. quę difficilem curationē habeant. quę promptiorem. Est enim prudentis hominis primum cum qui seruari nō potest: non attingere: nec subire speciem eius vt occisi: quem fors ipsius peremit. Deinde vbi grauis metus sine certa desperatione est: indicare necessarijs periclitantis in difficili rem esse: ne si victa ars malo fuerit: vel ignorasse vel sefellisse se videatur. Sed vt hæc prudenti viro conueniunt: sic rursus histronis est: paruam rem attollere. quo plus præstitisse videatur. Obligarique æquum est confessione promptæ rei: quo curiosius etiam circumspectat: ne quod per se exiguum est: maius curantis negligentia fiat.

¶ Quę vulnera insanabilia sint.

f Eruari non potest: cui basis cerebri: cui cor: cui stomachus: cui iocineris portæ: cui in spina medulla percussa est cuiq; aut pulmo medius: aut ieiunū: aut tenuius intestinum aut ventriculus: aut renes vulnerati sunt. cuiue circa fauces grandes venæ vel arteriæ præcisę sunt.

¶ Quę vulnera difficilem curationem habeant.

u Ix at ad sanitatem perueniunt: quibus vlla parte pulmo aut iocineris crassum aut membrana: quę continet cerebrum: aut lienis: aut vulua: aut vesica: aut vllum intestinum: aut septum transuersum vulneratum est: Hi quoq; in præcipiti sunt: in quibus vsq; ad grandes intusq; conditas venas in alis vel poplitibus mucro defedit. Periculosa etiam vulnera sunt vbiq; venæ maiores sunt qm̄ exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. Idq; euenit nō in alis tantum atq; poplitibus sed etiam in his venis: q̄ ad anum testiculosq; perueniunt. Præter hæc malum vulnus est: quodcunq; in alis vel feminibus: vel inanibus locis: vel in articulis: vel inter digitos est. Item quodcunq; musculum: aut neruum: aut arteriam: aut membranam: aut os: aut cartilaginem læsit.

¶ Quę vulnera tutiorem curationem habeant.

t Vtissimum omnium quod in carne est. & hæc quidem loco vel peiora vel meliora sunt. Modo vero periculum facit quodcunq; magnum est.

¶ Observationes quædam & ætatis & corporis & vitæ & temporis in vulneribus.

a Liquid etiam in vulneris genere: figuraq; est. Nam peius est quod etiam colisum: quam quod tantum discissum est. adeo vt aceto quoq; quā retinso telo vulnerari comodius sit. Peius est vulnus ē: ex quo aliquid excisum est ex quo ue caro alia pte abscissa. alia de: endet. Pessimaq; plaga in orbem est: tutissima quę lineæ modo recta est. Quo deinde propius huic: illiue figurę vulnus est: eo vel deterius vel tollerabilius est. Quin etiam confert aliquid & ætas & corpus & vitæ propositum & anni tempus. quia facilius sanescit puer vel adolescens: quam senior: valens quam infirmus neq; nimis plenus: quam si alterum ex his est. Integri habitus: quā corrupti. exercitatus quam iners: sobrius & temperans: quā vino venterq; deditus. Opportunissimumq; curatiōi tēpus vernū est aut certe neq; feruens neq; frigidum si quidē vul

Cassius. de quo. fol. 57.

Att. quib; modis nocet corp; c



nera & nimius calor & nimium frigus infestant maxime tamen horum varietas ideoque perniciosissimus autummus est. Sed pleraque ex vulneribus oculis subiecta sunt quorundam ipsa sedes indices sunt: quas alio loco demonstrauimus cum positis interiorum partium ostendimus. Verumtamen quia quaedam vicina sunt: interest quoque vulnus in summa parte sit: an penitus penetrauerit: necessarium est notas subijcere: per quas quod intus actum sit scire possimus: & ex quibus uel spes uel desperatio oritur.

Signa percussio cordis.

Gitur corde percusso: sanguis multus fertur. uenae languescunt color pallidifimus. sudores frigidi: maliq; odoris tanquam in rotrato corpore oriuntur. extremisq; partibus frigidis matura mors sequitur.

Signa pulmonis icti.

Vl mone icto: spirandi difficultas est. sanguis ex ore spumans: ex plaga rubens: simulq; et spiritus cum sono fertur: in vulnus inclinari iuuat. quaedam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsum uulnus inclinati sunt: loquuntur. si in alia parte: obmutescunt.

Signa iocineris uulnerati.

Ocineris aut uulnerati nota sunt: multus sub dextra parte praecordiorum profusus sanguis. ad spinam reducta praecordia in uentrem cubandi dulcedo. punctioes doloresq; usque ad iugulum: iunctumq; ei latus scapularum. os intentum. Quibus nonnunquam et biliosus uomitus accedit.

Signa percussorum renium.

Enibus uero percussis: dolor ad inguina testiculosq; descendit: difficulter uirina redditur: eaq; aut est cruenta: aut cruor fertur.

Signa uulnerati lienis.

Liene icto sanguis niger a sinistra parte prorumpit praecordia cum uentriculo ab eadem parte indurescunt. sitis ingens oritur. dolor ad iugulum: sicut iocinere uulnerato uenit.

Signa percussio uuluae.

Cum uulua percussa est: dolor in uulua & coxis femoribus est. Sanguinis pars per uulnus: pars per naturale descendit. uomitus bilis insequitur. Quaedam obmutescunt. quaedam mente labuntur. quaedam sui compotes: neruorum oculorumq; dolore urgeri se confitentur. morientesq; tadem quod corde uulnerato patiuntur.

Signa percussio cerebri uel membranae eius.

In cerebrum membranae eius uulnus accepit: sanguis per nares quibusdam et per aures exit: fereq; bilis uomitus insequitur. Quorundam sensus obtunduntur: appellatiq; ignorant. Quorundam trux uultus est quorundam oculi quasi resoluti huc atq; illuc mouentur. Fereq; tertio uel quinto die delirium accedit. Multorum et nerui distenduntur. Ante mortem aut pleriq; fascias quibus caput deligatum est. lacerant: ac nudum uulnus frigori obijciunt.

Signa percussio stomachi.

Si stomachus aut percussus est. singultus & bilis uomitus insequitur. Si quid cibi uel potionis assumptum est: ea redditur cito. Venarum motus elanguescunt. sudores tenues oriuntur: per quos extremae partes frigescent.

Signa ieiunii intestini & uentriculi uulnerati. & aliorum intestinorum.

Ommunes uero ieiunii intestini & uentriculi uulnerati nota sunt. Nam cibus & potio per uulnus exeunt. praecordia indurescunt. Non unquam bilis per os redditur:

Intestino tamen sedes inferior est. Caetera. intestina icta uel stercus uel odore eius exibent.

Signa percussio medullae quae in spina est.

Edulle uero quae in spina est discussa: nerui resoluuntur. aut distenduntur. sensus intercidit. interposito tempore aliquo sine uoluntate inferiores partes uel semen uel uirinam uel et stercus excernunt.

Signa septi transuersi percussio.

T si septimum transuersum percussum est: praecordia sursum contrahuntur: spina dolet: spiritus rarus est: sanguis spumans fertur.

Signa uesicae uulneratae.

Efica uero uulnerata dolent inguina. Quod super pubem est: intenditur. pro uirina sanguis: aut ex ipso uulnere uirina descendit. Stomachus afficitur. Itaque aut bile uomunt: aut singultiunt. frigus: & ex eo mors sequitur.

De sanguine & sanie & pure & eorum speciebus quandoque meliora: deterioraue sunt.

Is cognitis et nunc quaedam alia nosceda sunt ad omnia uulnera ulceraq; de quibus dicturi sumus: pertinencia. Ex his aut exit: sanguis: sanies: pus. Sanguis oibus notus est. Sanies est tenuior hoc: uarie crassa & glutinosa & colorata. Pus crassissimum abissimumq; glutinosius & sanguine & saie. Exit aut sanguis ex uulnere recet: aut iam sanescere: Sanies est iter utrumque tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectate. Rursus & sanies & pus quaedam species graecis uerbis distinctas habet. Est enim quaedam sanies quae uel hydrops uel melitera noiait. Est pus quod elxodes appellat. Hydrops tenuis: subalbidus

ex malo uulnere exit: maximeq; ubi neruo laeso inflammatio secuta est. Melitera crassior & glutinosior subalbida mellicq; albo sublimilis fertur. Haec quoque ex malis uulceribus ubi nerui circa articulos laxi sunt & iter haec loca maxime ex genibus. Elxodes tenue subalbidum quasi unctum colore atq; piguitudine: oleo albo non dissimile apparet in magnis uulceribus sanescentibus. Malus autem est sanguis nimium aut tenuis aut crassus: colore uel liuidus uel niger: aut pituita mixtus: aut uarius. Optimus calidus: rubens. modice crassus: non glutinosus. Itaque pertinus eius uulneris expedita magis curatio est: ex quo sanguis bonus fluxit. Itaque postea spes in his maior est: ex quibus melioris generis quaeque ueniunt Sanies igitur mala est multa: nimis tenuis: liuida: aut pallida: aut nigra: aut glutinosa aut malis odoris: aut quae & ipsum uulcus & iuncta ei cute erodit. Melior non multa modice crassa: subrubicunda aut subalbida. Hydrops autem peior est multus: crassus: subliuidus: aut subpallidus: glutinosus ater: calidus: mali odoris. Tolerabilior est subalbidus quae caetera omnia contraria prioribus habet. Melitera autem mala est multa & pcrassa. melior quae & tenuior & minus copiosa est. Pus iter haec optimum est. Sed id quoque peius est: multum: tenue: dilutum: magisq; si ab initio tale est. Itaque si colore fero simile: si pallidum: si liuidum: si seculatum est. Praeter haec si male olet: nisi tamen locus hunc odorem excitat. Melius est: quo minus est quo: crassius: quo albidius. Itemque si leue est: si nihil olet: si aequale est. modo tamen conuenire & magnitudini uulneris & tempori debet. Nam plus ex maiore: plus nondum solutis inflammationibus naturaliter fertur. Elxodes quoque peius est multum: & pingue. quo minus est quoque id ipsum pinguis eo melius est.

Curatio aduersus profusionem sanguinis in uulneribus.

Vibus exploratis ubi aliquis ictus est: quod seruari potest: pertinus prospicienda duo sunt ne sanguinis profusio: neue inflammatio iterum at. Si profusione timemus: quod ex se de uulneris & magnitudine eius & ex ipetu ruentis sanguinis intelligi potest: siccis linamentis uulnus implendum est. supraque imponenda spogia ex aqua frigida expressa: ac manu super co-

hydros.
melitera
elxodes

primēda. Si parū sic sanguis cōquiescit: sapius linamēta mutanda sunt. Et sicca parū valēt. aceto madefaciēda sunt. id vehemēs ad sanguinē supprimēdū ē. ideoq; quidā id vulnere infundūt. Sed alius rursus metus subest: ne nimis valenter ibi retenta materia magnā inflātionē postea moueat. Quæ res efficit neq; rodentibus medicamētis: neq; adurētibus: & ob id ipsū iducētibus crustā: sit vtēdū quāuis pleraq; ex his sanguinē supprimūt. Sed si semel ad ea decurrit potiusq; mitius idem efficiunt. Quod si illa quoq; pfluuiū vincūt. venæ q̄ sanguinē fundūt apphēdēdæ: circaq; id qd̄ ictū ē: duo bus locis deligādæ: intercīdēdæq; sūt vt & i se ipse cocāt & nihilominus ora p̄clusa hēant. Vbi ne id qd̄ res patit̄: possūt ferro cadēti aduri. Sed ēt satis multo sāguine effuso ex eo loco: quo neq; neru⁹: neq; musculus: ē vt puta i frōte vel superiore capitis pte. cōmodissimū tñ ē cucurbitulū admouere a diuersa pte: vt illuc sanguinis cursus reuocēt.

Curationes aduersus vulnerū inflātionem.

T aduersus p̄fusionē qd̄ i his auxiliū ē. Aduersus inflātionē at̄ i ipso sāguinis cursu ea timeri pōt: vbi lasū ē vel os. vel neru⁹ vel cartilago: vel musculus aut vbi parū sāguinis p̄ mō vulneris fluxit. Ergo quotiēs qd̄ tale erit: sāguinē mature supprimere non oportebit: sed pati fluere dū tutū erit: adeo vt si parū fluxisse videbit̄: mitti quoq; ex brachio debeat: vtiq; si corpus iuuenile & robustū & exercitātū est: multoq; magis si id vulnus ebrietas p̄cessit. Quod si musculus lasus videbitur p̄cidendus erit. Nam percussus mortiferus est: p̄cūsus sanitatem recipit.

De glutinatione vulnerum.

Anguine at̄ vel suppresso: si nimis erūpit: vel exhausto: si p se parū fluxit: lōge optimū ē: vulnus glutinari. Pōt at̄ id vel qd̄ in cute uel ēt in carne est: si nihil ei p̄terea mali accedit. Pōt caro alia pte depēdēs: alia inhārēs: si tñ ēt nū in tegra ē cōiunctione corporis fouēt. In his vero q̄ glutinant duplex curatio ē. Nam si plaga i molli pte: sui debet: maxieq; si discissa auris ima ē: vel imus nasus: vel frons: vel bucca: vel palpebra: vel labrū: vel circa guttur cutis vel vēter: Si vero i carne vulnus ē hiatq; neq; i vnū orā facile attrahūt: futura quidē aliena ē. Imponēdæ vero fibulę sūt. ancteras græci noiant. quæ oras: paulū tñ: cōtrahunt: quo minus lata postea cicatrix sit. Ex his at̄ colligi pōt: id quoq; qd̄ alia pte depēdēs: alia: inhārebit: si alienatū adhuc nō ē: futurā an fibulā postulet. Ex quibus neutra ante debet ipōi: quā itus vulnus purgatū ē: ne qd̄ ibi cōcreti sāguinis relinquāt. Id enī & i pus uertitur: & inflātionē mouet: & glutinari vulnus p̄hibet. Ne linamētū quidē: qd̄ supprimēdi sanguis causa inditū ē: imbi relinquēdū ē. Nā id quoq; inflāmat. Cōprahēdi vero futura vel fibula nō cutē tñ: sed aliqd̄ ēt ex carne. vbi suberit hęc: oportebit: quo valētius hāreat: neq; cutē abrūpat. Vtraq; optima ē ex acia molli nō nimis torta: quo mitius corpi i fidat. Vtraq; neq; nimis rara. neq; nimis crebra initiāda ē. Si nimis rara ē: nō cōtinet. Si nimis crebra ē: vehemēter afficit. q̄a quo sapius acus corpus trāsiuit: quoq; plura loca iniectū viculū mordet: eo maiores inflātiōes oriūt: magisq; astate. Neutra ēt vī vllā desiderat. Sed catēus utilis ē. q̄ curis ducētē q̄ sua spōte subsequēt. Fere tñ fibulę lat⁹ vuln⁹ ēt patiūt. Sutura oras iūgit. q̄ ne ipse qd̄ iter se cōtigere ex toto debēt: vt si qd̄ itus hūoris cōcreuerit: sit q̄a emanet. Si quod vulnus neutrū horū recipit: id tñ purgari debet: deide oī vulnere prio ipōnēda ē spōgia ex aceto exp̄ssa. si sustinere aliq; acceti vī nō pōt vino vtēdū ē. Leuis plaga iuuat̄ ēt si ex aq̄ frigida exp̄ssa spōgia ipōnit̄. Sed ea quocūq; mō ipōnita ē: dū madet: p̄dest. itaq; vt ihārescat: nō ē cōmittēdū. Licetq; sine p̄grius & cōquilitis & cōpositis medicamētis vulnus curare. Sed si q̄s huic parū confidit:

ipōnere medicamētū debet. quod sine seuo cōpositum sit ex his: quæ cruētis vulneribus apta ēē p̄posui. Maxieq; si caro ē: barbaq; si nerui: vel carthilago vel aliqd̄ ex cōmittentibus: q̄les aures: vel labra sūt. Polybi sphragidē. Alexandrinū quoq; viride neruis idoneū ē. eminentibusq; p̄tibus ea: quā græci rhaptusā vocāt Solet ēt colliso corpe exiguap̄te findi cutis. Quod vbi icidit: nō alienū est: scalpello latius aperire: nisi musculi: neruiq; iuxta sūt: quos icidi nō expedit. Vbi satis diductū ē: medicamētū ipōnēdū est. At si id quod collisū ē: quāuis parū diductū ē latius tñ apiri p̄ neruos aut musculos nō licet adhibēda sūt ea: quæ humorē leniter extrahant: p̄cipueq; ex his id quod rhyodes vocari p̄posui. Non alienum est ēt vbi cūq; vulnus graue est: impositū: quo id iuuet̄ insuper circundare lanā succidā ex aceto & oleo. Vel cataplasma: si molliis locus est: quod leniter reprimat. Si neruosus aut musculosus: qd̄ emolliat.

Quo modo vulnus ligari cōueniat.

Ascia vero ad vulnus deligādū lintea aptissima ē eaq; lata debet vt semel iniecta nō vulnus tñ: sed paulū vtrinq; ēt oras eius cōprehendat. Si ab altera pte caro magis recessit: ab ea melius attrahit̄. Si æque ab vtraq; trāuersā cōprehēdere oras debet. aut si id vulneris rō nō patit̄: media primū injicienda ē: vt tū in vtrāq; partē ducat. Sic at̄ deligādā ē. vt & cōtineat neq; astringat. Quod nō cōtinet: clabit. Quod nimis astrictū ē: cācro piclitaē. Hyeme sapius fascia circuire debet astate quotiēs necesse ē. tū extrema ps eius inferioribus acu assuēda ē. Nā nodus vulcus lædit: nisi tñ lōge ē. Illo neminē decipi decet ut p̄pria uiscerū curationē req̄rat: de q̄bus supra posui. Nā plaga ipsa curādā extriscus uel futura uel alio medicina genere ē. In uisceribus nihil mouēdū ē: nisi aut si quid iocinere: aut liene: aut pulmone duntaxat extremo dependat: p̄cidatur. Alioquin uulnus iterius ea uictus ratio eaq; medicamenta sanabunt: quæ uisceri conuenire superiore libro p̄posui.

De ratione uictus: & notis uulnerum curationibusq; eorum.

Is ita primo die ordinatis homo i lecto collocādus ē: isq; si graue uulnus ē: abstinere quātū uires patiūt̄ ante inflātionē a cibo debet. bibere donec sitim finiat aquā calidā. uel si æstas ē: neq; febris neq; dolor ē: ēt frigidā. Adeo tñ nihil p̄petuū est. Sed semp p̄ uiribus corporis æstimādū. ut ibecillitas ēt cibū p̄tinus facere necessariū possit: tenuē scilicet & exiguū: qui tñ sustineat. Multiq; ēt ex pfluuiō sāguinis iter moriētes: ante ullā curationē uio reficiēdi sūt. qd̄ alioq; inimicissimum uulneri ē. Nimis uero intūescere uulnus: piculosū: nihil intūescere: piculosissimū ē. Illud indicium ē magne inflātiōis: hoc mortui corporis. Protinusq; si mēs homini cōstitit: si nulla febris accessit: scire licet: mature uulnus sanū fore. Ac ne febris qd̄ terrere debet: si i magno uulnere: dū inflātiō ē: p̄manet. illa p̄niciosa ē: q̄ uel leui uulneri supuenit. uel ultra tēpus inflātionis durat: uel deliriū mouet: uel si neruoz rigoz: aut distētiō: quæ ex uulnere orta ē: eā non finit. Vomitus quoq; biliosus nō uolūtarius: uel p̄tius ut p̄cussus ē aliquis: uel dū inflātiō manet: malū signū ē: i his dūtaxat: quoz uel nerui uel ēt neruosi loci uulnerati sūt. Spōte tñ uomere nō alienū ē: p̄cipue his: q̄bus i cōsuetudie fuit. sed neq; p̄tinus post cibū: neq; iā inflātiōe orta: neq; cū in superioribus p̄tibus plaga est. Biduo sic uulnere habito: tertio die id aperiēdū. detergēdaq; sanies ex aqua frigida ē. eadēq; rursus iniiciēda sunt. Quinto iā die quāta inflātiō futura ē. se ostēdit. Quo die rursus detecto uulnere cōsiderādus color est. Quod si liuidus aut pallidus aut uarius aut niger ē. scire licet malū uuln⁹ ēē. Idq; quādocūq; aiaduersū est terrere nos pōt. Albū aut rubicundū esse ulcus. cōmodissimū ē. Itē cutis dur

Rhaptusa.

Att.

and tenus. sic etia nomi
nat. 3. et 4. q̄ m̄t̄
lacione linamēti. 4.

De uino

De timore uulneris et
uide. 2. 1. 2. 6. et 4. affo 3.
affo 77. 66. et 67.

Att.



ra: crassa. dolens: piculū ostendit. Bona signa sunt vbi hæc sine dolore tenuis & mollis
ē. Sed si glutinatur vulnus: aut leniter intumuit: eadē sūt iponēda: quæ primo fuerūt.
Si grauis inflāmatio est: neq; glutinādi spes ē: eaq; pus moueāt: aqua quoq; calida: ne-
cessarius vsus ē: vt & materiā digerat & duritiā emolliat & pus citet. Ea sic tēpe: ada ē:
vt & manu cōtingēti iucūda sit. usq; eo adhibēda donec aliquid ex tumore minuissē:
colorēq; vlceri magis naturalē reddidissē videat. maxieq; si grāde vulnus ē: tetraphar-
macū. si in articulis: digitis: locis cartilaginosis: rhyppodes. Post id fomētū si lata pla-
ga nō patet: iponi p̄tinus emplastrū debet: & si latius hyat: illud emplastrum liquari
ex irino vnguento oportet. eoq; illita linamenta disponi p̄ plagā. deinde emplastrū su-
pra dari: & sup̄ id succidam lanā minusq; etiā: quam primo fasciā astringendā sunt.

Curaciones propriae articulorum.

Ropriā quādā i articulis visēda sūt. i qbus si præcisi nerui sūt: q cōtinebāt: de
p bilitas eius ptis sequit̄. Si id dubiū est & ex acuto telo plaga ē: ea trāsuersa cō-
modior ē. si recto & graui ē: nullū in figura discrimen ē. At visendū ē pus su-
pra articulū: an infra nascat̄. Si sub eo nascit̄: albūq; & crassū diu fert̄: neruū p̄cisū esse
credibile ē. Magis quoq; maiores dolores inflāmatōnesq; quo maturius excitat̄ sūt:
Quāuis at̄ nō abscissus neruus ē: tñ si circa tumor durus diu p̄manet: necesse ē & diu-
turnū: vlcus eē: & sano quoq; eo tumorē p̄manere. futurūq; ē: vt tarde mēbrū id exten-
dat̄ vel cōtrahat̄. Maior tñ in extēdēdo mora ē: vbi recuruato articulo curatio adhi-
bita ē: quā in recuruādo eo: quod rectū cōtinuimus. Collocari quoq; mēbrū: qd̄ ctū
ē rōne certa debet. Si glutinādū ē: vt sup̄ius sit. si inflāmatōne ē: vt i neutra p̄tē inclinatū
sit. Si iā pus p̄fluit: vt deuexū sit. Optimū ē medicamētū quies ē: moueri & ābulare
nisi sanis alienū ē. Minus tñ his est piculosū: qui i capite vel brachijs: quā qui inferiori-
bus ptibus vulnerati sūt. Minimeq; ambulatio cōuenit: ^{formox} scēminā: aut crure: aut pede.
laborāre. Locus in quo cubabit: tepidus eē debeat. Balneū quoq; dum pag; vuln⁹ pu-
rū est: iter res infestissimas ē. Nā id & hūidum & ffordidū reddit. ex quibus ad cācrum
trāsitus eē cōsueuit. Leuis frictio recte adhibet̄: sed his ptib; q̄ lōgius absūt a vulnere.

Vulnus quomodo purgandum est.

Inflāmatōne finita vulnus purgandum est. Id optime faciunt tincta i melle
i linamēta: supraq; id: emplastrū: uel enephar macū dādum est. Tum demum
vero parū vulcus ē: cū rubet: ac nemiū neq; siccum neq; hūidum est: ac quod-
cunq; sensu caret. qd̄ non naturaliter sentit: quod nemiū aut aridum aut hūidum est.
Quod aut pallidum aut albidum aut liuidū aut nigrum est: id purum non est.

Quomodo vulnus implendum est.

Vrgato sequit̄ vt i pleat̄: iāq; calida aqua eatēus necessaria ē: vt sanies remoue-
p atur. Lanā succidā sup̄uacuu vsus ē. Lota melius circūdat̄. Ad iplēdū at̄ vul-
nus p̄ficiūt qd̄ ē medicamēta aliq;. Itaq; ea adhiberi nō alienū ē: vt butyrum
cū rosa: exigua mellis p̄te aut cū eadē p̄te: aut cū eadē rosa tetrapharmacū. aut ex rosa
linamēta. Plus tñ p̄ficiūt balneū rarū. Cibi bōi succi: vitatis oibus acribus: sed iā plenio-
Ed ut haec neque genere vicijis: neque ratione curatiois iter se multum distat: sic i oculis quoque manu postulat & ipsa diuersa sunt: & aliter aliterque curantur. Igitur in superioribus palpebris vesica nasci solent pingues grauesque: quae vix attollere oculos sinunt leuesque pituitae cursus: sed assiduos i oculis mouet. Fere vero i pueris nascuntur. Oportet compresso digitis duobus oculo atque ita cute itenta scalpello transversam lineam incidere suspensa leuiter manu ne vesica ipsa vulneret. & ut locus ei patefactus est ipsa prumpat. tum digitis eam apprehendere oportet & euellere. Facile autem sequitur. Dein super vngui collirio debet ex his aliquo: quo lippietes oculi super iunguntur. paucissimisque diebus cicatrix inducitur. Molestius est vbi incisa vesica est. Effundit. n. humorem. neque postea quia tenuis admodum est: potest colligi. Si forte id incidit: eorum aliquid imponendum est: quae puri mouendo sunt. ¶ De critha tuberculo palpebrarum.

Ne ad palpebra super pillos locum tuberculum paruulum nascitur: quod a similitudine ordi a graecis critha noiait. Tunica quiddam quod difficulter maturescit comprahensum est. Id vel calido pane: vel cera subinde calcifecta foueri oportet: sic ne nimius is calor sit: sed facile ea parte sustineatur. Hac. n. ratione saepe discutitur. interdum concoquitur. Si pus se ostendit: scalpello diuidi debet: & quicquid intus humoris est: exprimi. Eodem deinde vapore postea quoque foueri & super inungi: donec ad sanitatem perueniat. ¶ De chalazia palpebrarum.

Lia quoque quiddam i palpebris huic non dissimilia nascuntur: sed neque vti que figura eiusdem & mobilia simul atque digito huc vel illuc impellunt. Ideoque ea chalazia vocantur haec icidi debent si sub cute sunt ab exteriori parte. si sub cartilagine ab interiori. De scalpelli manubriolo diducenda ab integris partibus sunt. Ac si intus plaga est: inungendum primo lenibus: deinde acrioribus. Si extra: super dandum emplastrum quo id glutinetur. ¶ De ungue oculorum: quod pterigion a graecis uocatur.

Unguis uero: quod pterigio graeci uocant: est membranula neruosa oriens ab angulo: quae nonnumquam ad pupillam quoque puenit. eique officit. Saepius a narium interdum est a temporis parte nascitur. Huc recentem non difficile est discutere medicamentis: quibus cicatrices i oculis extenuant si inueterauit: itaque ei crassitudo quoque accessit. excidi debet. Post abstinentiam uero unius diei: uel aduersus infedili contra medicum his homo collocandus est: uel sic aduersus ut in gremium eius caput resupinus effundat. Quidam si i sinistro oculo uicium est: aduersum. Si i dextro: resupinum collocari uolunt. Altera autem palpebra a sinistro diduci oportet: altera a medico. Sed ab hoc: si ille aduersus est: inferior. si supinus: superior. Tunc idem medicus hamulum acutum paulum mucronem intus recuruato subijcere extremo ungui debet: eumque ifigere: atque eam quoque palpebra tradere alteri. ipse hamulo apprehenso leuare unguem. eumque acu trajicere linum trahente. Deinde acum ponere. lini duo capita apprehendere: & per ea erecto ungue si qua parte oculo inhaeret manubriolo scapelli diducere: donec ad angulum ueniat. Deinde inuicem modo remittere: modo attrahere. ut sic & initium eius & finis anguli reperiat. Duplex. n. periculum est: ne uel ex ungue

aliquid relinquatur: quod exulceratum vix ullam recipiat curationem: vel ex angulo quoque caruncula abscidat: quae si vehementius unguis ducitur. sequitur. Ideoque decipit: ac si abscissa est: patefcit foramen: per quod postea semper humor descendit: rhypada graeci vocant. Verus ergo anguli finis utique noscedus est. quod vbi satis constitit non nimium adducto ungue scapellus adhibendus est: deinde excidenda ea membranula. ne quod ex angulo laedat. Eo deinde ex melle linamentum super dandum est supraque linteolum & aut spogia aut lana succida proximisque diebus diducendus quotidie oculus est: ne cicatrice iter se palpebrae glutinent. Si quidem id quoque tertium periculum accedit: eodem modo linamentum imponendum: ac nouissime iungendum collirio: quo vlcera ad cicatricem producantur. Sed ea curatio vera esse debet: aut certe ante hyemem. De qua re ad plura loca pertinere semel dixisse satis erit. Nam duo genera curationum sunt. Alia i quibus eligere tempus non licet: sed utendum est eo: quod incidit: sicut i vulneribus: & i fistulis. Alia i quibus nullus dies urget: & expectare tutissimum & facile est: sicut euenit i ijs quae tarde crescunt & dolore non cruciant: i his uero expectandum est. Aut si quid magis pressit: melior tamen autunus uel aestas: quam hyems est. Atque his ipse medius: iam fractis aestatibus: nondum ortis frigidibus. Quo magis aut necessaria pars erit quae tractabitur hoc quoque maiori periculo subiecta est. & saepe quo maior plaga facienda: eo magis haec temporis ratio seruabitur.

¶ De enchanti tuberculo.

X curatio uero unguis ut dixi uicia nascuntur: quae ipsa alijs quoque decaulis oriari solent. Interdum. n. fit i angulo: paru ungue exciso uel aliter: tuberculum: quod palpebras paru diduci patitur. enchantis graece noiait. Excidi hamulo & circuncidi debet: hic quoque diligenter temperata manu: ne quod ex ipso abscidat. Tunc exiguum linamentum respergendum est uel cadmia uel atramento sutorio: inque cum angulum diductis palpebris inferendum: supraque eodem modo deligandum. proximisque diebus similiter nutriendum tamen ut primis aqua egelida uel etiam frigida foueatur.

¶ De ancyloblephato oculorum uicio.

Interdum iter se palpebrae coalescunt aperiri que non potest oculus. Cui malo solet etiam illud accedere: ut palpebrae cum albo oculi cohaereant. scilicet cum i utroque fuit vlceris negligenter curatum. Sanescendo. n. quod diduci potuit & debuit: glutinabit. ancyloblepharos sub utroque uicio graeci uocant. Palpebrae tamen iter se cohaerentes non difficulter diducunt: sed interdum frustra nam rursus glutinant. Experiri tamen oportet. quia bene res sapius cadit. Igitur aduersum specillum inferendum: diducendaque eo palpebrae sunt: deinde exigua penicilla iterponenda donec exulceratio eius loci finiatur. Aut ubi albo ipse oculi palpebra inhaerit: Heraclides tarerinus auctor est: aduerso scapello subsecare magna cum moderatioe: ut neque ex oculo neque ex palpebra quicquam abscidat. ac si necesse est ex palpebra potius. Post haec inungat oculus medicamentis quibus aspritudo curat: quotidieque palpebra uertat non solum ut ulceri medicamentum inducat: sed et ne rursus inhaereat: ipsique et precipitatur: ut saepe eam duobus digitis attollat. Ego sic restitutum esse neminem memini. Mege se quoque multa tenuisse: neque unquam profuisse: quia semper iterum oculo palpebra inhaerit: memoriae prodit.

¶ De agylopa fistula oculorum.

Tamen in angulo quae naribus propior est ex aliquo uicio quae parua fistula aperit: per quam pituita assidue destillat. agylopa graeci uocant idque assidue male habet oculum. nonnumquam et ex oculo usque ad nares penetrat idque interdum naturam carcinomatis habet. Vbi itentae uenae & recuruae sunt: color palet: cutis dura est & leui tactu irritat inflammationemque i eas partes: quae coniunctae sunt: euocat. Ex his eos quae carcinoma habent

uicijis. rhypada.

Att. duras horas illud ag. f. ce
nec afficiat. q. uas et ag. pome
ant. p. 4. e. 20. ad finem. p.
scito parata

Att. palpebras posse eas al
bo oculi coherere

heraclides

mege

aglylopa de qua uide gal. v. d.
medicamentis copiose s. locas
e. 2. et actius lib. 7. e. 84.
carcinomatis. quid sit carcinoma
uide fol. 53.



curare: piculosū est. Nā mortē quoq; ea res maturat. Eos vero quibus ad nares tendit superuacuū. Neq; n. sanescūt. At qbus id ī angulo ē pōt adhiberi curatio cū eā nō igno- rā sit esse difficilē. quātoq; angulo ppius id foramē ē: tāto difficilior ē. qm̄ p angulū ē in quo versari manus possit. Recētī tñ re mederi: facilius ē. Sed hamulo sūmū eius fora- minis excipiendū deinde totū id cauū: sicut ī fistulis dixi: vsq; ad os excidendum: oculo q; & ceteris iunctis partibus bene obrectis os feramēto adurendum est vehementius. Quod si iā carie vexatū est: quo crassior his squama acedat: qdā adurētia imponūt: vt atramentum futuriū vel chalcididē vel æruginem rasam. Quod & tardius & non idem facit. Ossē adusto curatio sequitur eadem: quæ in cæteris vstis.

De pilis palpebrarum oculum irritantibus.

Illi vero q in palpebris sunt duabus de causis oculū irritare cōsuerūt. Nā modo palpebræ superioris sūma cutis relaxat̄ & pcedit. quo fit vt eius pili ad ipsum oculū cōuertāt: qā nō simul cartilago quoq; se remisit. Modo sub ordine natu- rali pilorū alius ordo subcreuit: q p̄tinus itus ad oculū tēdit. Curatiōes hæ sunt. si pili nati sunt q nō debuerūt: tenuis acus ferrea ad similitudinē hastæ lata in ignē coiciēda ē. Deinde cadēs sublata palpebra sic: vt eius p̄nitiofi pili ī cōspectum curatis veniāt. sub ipsis pilorū radicibus ab angulo imittēda ē: vt ea terciā p̄te palpebræ trāsfueat. Deinde iterū terciōq; vsq; ad alterū angulū. Quo fit vt oēs pilorū radices adustæ emoriāt. Tū superimponēdū medicamētū ē: qd̄ inflāmationē p̄hibeat. atq; vbi crustæ exciderūt: ad cicatricē pducēdū. facillime at̄ id genus sanescit: qdā aiunt acu transui iuxta pilos in ex- teriorē partē palpebræ oportere: eamq; transmitti duplicem capillum muliebrem du- centē: atq; vbi acus transijt in ipsius capilli sinū qua duplicatur pilum esse coiciendum & per eum in superiorē palpebræ partē attrahendū. ibiq; corpori agglutinandū & ipo- nēdū medicamētū quo foramē quoq; glutinet̄. sic. n. fore vt is pilus ī exteriorē p̄te po- stea spectet. Id primū fieri nō pōt nisi ī pilo lōgiore: cū fere breues eo loco nascāt. Dein- de si plures pili sunt: necesse est lōgū tormētū cū totiens acus transuet magnā inflāma- tionē moueat. Nouissime cū hūor aliq; ibi subsit oculo & ante p pilos & tū p palpebræ foramina affecto: vix fieri pōt vt glutē quo vinctus est pilus nō resoluat̄. Eoq; fit vt his eo vnde vi abductus est redeat. Ea vero curatio: quæ palpebræ laxioris ab oibus frequē- tatur: nihil habet dubij. Si quidem oportet conrecto oculo mediam palpebræ cutem siue ea superior: siue inferior est: apprehendere digitis ac leuare. tū cōsiderare quātulo detracto futurū sit: vt naturaliter se habeat. Si qdē hic quoq; duo picula circūstāt. Si nimū fuerit excisum. ne contegi oculos nō possit. Si parū: ne nihil actū sit & frustra se- ctus aliq; sit. Qua deide incidēdū videbit̄ p duas lineas atramēto notādū ē: sic vt de i- teriore quæ pilos cōtinet & ppiore ei linea aliqd relinquat̄: qd̄ apprehēdere acus po- stea possit. His cōstitutis scalpellus adhibēdus ē. & si superior palpebra ē: añ. si inferior postea ppius ipsis pilis icidēdū. initiūq; faciēdū ī sinistro oculo: ab eo angulo q t̄p̄ in dextro: ab eo q naribus ppiore ē: idq; qd̄ iter duas lineas ē excidēdū. Deide ore vulneris iter se simplici futura cōmittēdā: operiēdusq; oculus ē: & si parū palpebra descēdet la- xāda vtiq; si nimū: aut astringēda: aut ēt rursus tenuis habenula ab vltiore ora exci- dēda. Vbi secta est: aliæ futuræ adijciendæ: q̄ supra tres esse non debent. Præter hæc in superiore palpebra sub pilis ipsis incidenda linea ē: vt ab inferiore parte diducti pili sur- sū spectēt. Idq; si leuis inclinatio ē: ēt solū satis tuet̄. Inferior palpebra eo nō eget. His fa- ctis spōgia ex aqua frigida expressa sup deligāda ē. Postero die glutinans ep̄lastrū inij- ciēdū. Quarto futura tollēda ē: & collirio qd̄ inflāmationes reprimat sup inungēdū.

Alius curati modus

curatio palpebre relaxate

De lasophthalmo oculorum.

Onnūq; at̄ nimū sub hac curatiōe excisa cute euenit vt oculos nō cōtegat. Idq; iterdū ēt alia de cā fit lasophthalmos græci appellāt. In quo si nimū palpebræ decst: nulla id restituere curatio pōt. Si exiguū mederi licet: paulū infra super- ciliū cutis incidenda est lunata figura cornibus eius deorsum spectantibus. Altitudo esse plagæ vsq; ad cartilaginem debet ipsa illa nihil læsa. Nā si ea incisa est: palpebra cō- cidit: neq; attolli postea potest: Cute igitur tñ diducta fit: vt paulum in ima oculi ora descendat: hiantes scilicet super plagam: in quam linamentum coiciendum ē: quod & coniungi diductam cutem prohibeat: & in medio carunculam citet. q̄ vbi eum locum impleuit: postea recte oculus operitur.

De ectropio.

T superioris at̄ palpebræ vitiū ē: qd̄ parū descēdit iōq; oculū nō cōtegit: sic in- ferioris: qd̄ parū sursum attollit̄: sed p̄det & hiat neq; pōt cū superiore cōmitti. Atq; id quoq; euenit interdū ex simili vitiō curatiōis: iterdū ēt senectute. ectro- pio græci vocāt. Si ex mala curatiōe est: eadē rō medicinæ est: q̄ supra posita est: plagæ tñ cornua ad maxillas non ad oculū conuertēda sunt. Si ex senectute ē: tenui ferramē- to id totū extrinsecus adurendū est: deinde melle inungendum. at quarto die vapore aquæ calidæ fouendum inungendumq; medicamentis ad cicatricem perducentibus.

ectropion

De Staphylomate oculi.

Accere circa oculū ī angulis palpebrarū icidere cōsuerūt. In ipso at̄ oculo non nūq; sūma attollit̄ tunica siue ruptis itus mēbranis aliqbus siue laxatis & simi- lis figura acino fit. Vnde id staphyloma græci vocāt. Curatio duplex ē. Alte- ra ad ipsas radices p mediū trāsuere acu duo lina ducēte. Deide alterius lini duo capita ex superiore pte: alterius ex iteriore astringere iter se. quæ paulatim secādo id excidūt. Altera in sūma pte eius ad lenticulæ magnitudinē excidere. deinde spodiū aut cadmiā ifricare. Vtrolibet at̄ factō albū oui lana excipiendum & imponēdum: posteaq; vapo- re aquæ calidæ fouendus oculus & lenibus medicamentis vngendus est.

De clauis oculorum.

Lauī at̄ vocantur callosa in albo oculi tubercula: qbus nomē a figura similitu- dine est. Hos ad imam radicē pforare acu cōmodissimū est infraq; eam excide- re: deinde lenibus medicamentis inungere.

De natura oculorum & eorum suffusione.

Vffusiois iā alias feci mentionē: quia cū recēs incidit medicamētis quoq; saepe discutit̄. Sed vbi vetustior facta est: manus curationē desiderat: quæ inter sub- tilissimas haberi pōt. De qua antequā dico: paucis ipsius oculi natura indican- da est. Cuius cognitio cum ad plura loca pertineat: tum vel præcipue adhuc pertinet. His igitur summas habet duas tunicas: ex quibus superior a græcis ceratoides vocat̄. Ea qua parte alba est satis crassa pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta ē me- dia parte: qua pupilla ē: modico foramine cōcaua: circa tenuis: vltioribus p̄tibus ipsa quoq; plenior. quæ choroides a græcis noiat̄. Hæ duæ tunicæ cū iteriora oculi cingāt: rursus sub his coeūt: extenuatæq; & ī vnū coactæ p foramē qd̄ iter ossa ē: ad mēbranā cerebri pueniunt: eoq; inhærescunt. Sub his at̄ qua parte pupilla est locus vacuus est: Deinde infra rursus tenuissima tunica quam herophilus arænoiden noiauit. Ea media subdit: eoq; cauo cōtinet quiddā qd̄ a vitri similitudine hyaloides græci vocāt. Id ne- q; liquidū neq; aridū ē: sed q̄si cōcretus humor: ex cuius colore pupillæ color vel niger

notho. orati



De ozena: *poli po b/erato*

D autē vitiū: qđ ozena a gr̄cis vocat̄: si medicamētis nō cederet: quēadmodū manu curādū esset apud magnos chirurgos nō repperi. Credo quia res raro ad sanitatē satis p̄ficat cū aliqđ in ipsa curatione tormētum habeat. Apud quosdā tñ positū ē vel sutile fistulā vel enodē scriptoriū calamū in narē esse coiciēdū donec sursum ad os pueniat: tū p id tenue ferramētū candēs dandū esse ad ipsū os. deinde adustū locū purgādū esse arugine & melle. Vbi purus ē: lycio ad sanitatē pducendū. Vel narē incidēda eē ab vna pte ad os: vt & cōspici locus possit & facilius cādens ferramētū admoueri. Tū sui narē debere. & adustū qđē vlcē eadē rōne curari. Sutura vero illini vel spūa argēti vel alio glutinatē. **De oris vicijsq̄ māu & ferro curat̄.** Caput. xii.

De dentibus.

N ore quoq; qđā manu curant̄. Vbi in primis dētes nōnūq; mouentur mō p̄ radicū ibecillitatē mō p̄pter gingiuarū arefcentiū viciū. Oportet in vtrolibet candēs ferramētū gingiuis ad mouere vt leuiter attigat: nō vt insidat. Adustē gingiuā melle illinēda & mulso eluēda sūt. Vt pura vlcera eē cōperūt arida medicamēta isfricanda sūt ex his q̄ reprimūt. Si vero dens dolores mouet: eximiq; eū: q̄a medicamēta nihil adiuuāt: placuit: circūdari debet. vt gingiua ab eo resoluat̄. Tūnis cōcutiēdus ē. Ea q̄ faciēda donec bene moueat̄. Nā dens hārēs cū summo periculo euellit: ac nōnunq; maxilla loco mouet̄. Idq; ē maiore piculo in superioribus dētib; sit: q̄a p̄tēpora oculos ue cōcutere. Tū si fieri p̄t manu: si minus: forfice dens excipiēdus: Ac si exesus ē: ante: id foramē vel linamēto: vel bene accōmodato plūbo replēdū ē: ne sub forfice cōfringat̄. recta vero forfex ducēda est: ne inflexis radicibus: os carū: cui dēs inharet pte aliq; irangat̄. Neq; ideo nullū eius reipiculū ē: vtiq; in dētib; breuib; q̄ fere lōgiores radices habēt. Sape enim forfex cū dentē cōprehēdere nō possit: aut frustra cōprehēdat: os gingiuā prehēdit & frāgit. Protinus at̄ vbi plus sanguinis p̄fluit: scire licet aliqđ ex osse fractū eē. Ergo specillo cōquirēda ē testa quā recessit & vol sella p̄trahēda ē. Si nō seq̄t̄ incidi gingiua debet donec labās ossi testa recipiat̄. Quod si factū statū nō est: indurefcit extrinsecus maxilla: ut his hiare nō possit. Sed iponendū calidū ex farina & fico cataplasma ē donec ibi pus moueat̄. Tum incidi gingiua debet: Pus quoq; multū p̄fluēs ossis fracti nota ē. Itaq; tū id extrahi conuenit. Nōnunq; et eo laso fistula sit quā eradi debet. Dēs at̄ scaber qua pte niger ē: radēdus ē: illinendūq; rosā flore cōtrito: cui gallā q̄rta pars & altera myrrā sit adiecta. Cōtinendūq; ore crebro vinū meracum. Atq; in eo casu velādum caput: ambulatiōe multa: frictiōe capitis: cibo nō acri ueniendū ē. At si ex ictu uel alio casu aliqđ labāt dētes auro cū hjs q̄ bene hārēt uincēdi sūt. Cōtinendaq; ore reprimētia: ut uinū in quo malicoſiū decoctū aut in quo galla cādens cōiecta sit. Si quādo ēt in pueris alter dens nascit̄ quā prior excidat: is qui cadere debuit circū purgādus & euellēdus est. is qui natus est in locū prioris quotidie digito adurgēdus dōec ad iustā magnitudinē pueniat. Quotienscūq; dēte exēpto: radix relicta ē: p̄tinus ea quoq; ad id facta forfice. quā rizan gr̄ci uocat̄: excimēda est. Tonsillas at̄ quā post inflāmationes induruerūt antidyades aut̄: gr̄cis appellant̄: cū sub leui tunica sint oportet digito circū radere & euellere. si ne sic quidem resoluunt̄: hamulo excipere: & scalpello excidere: tū ulcus aceto eluere. & illinere uulnus medicamēto: quo sāguis supprimat̄. **De uua:**

V a si cū inflāmatione descendit: doloriq; & sub rubicundi coloris: praecidi sine periculo non p̄t. Solet enim multū sanguinē effundere. Itaq; melius est his uti: quā alias p̄posita sūt. Si uero inflāmatio quidem nulla est nihilomi

eum dandū: vt cutis circa pinnā sanescat. quo sit vt ea remota postea facultas audiendi sit. At vbi aures: in viro puta: p̄forat̄ sunt & offendūt: traicere id cauū celeriter cādente acufatis est: vt leniter eius ora exulcerēt: aut ēt adurētē medicamēto idē exulcerare: postea deinde iponere id qđ purget: tū qđ eū locū repleat & sic cicatricē inducat. Quod si magnū id foramen ē: sicut solet esse in his: qui maiora pōdera aurib; gesserūt: incidere qđ sup̄est ad extremum oportet: supra deinde oras scalpello exulcerare: & postea suere: hac medicamētū: quo id glutinē: iponere. tertiū ē: si qđ ibi curti ē: farcire: q̄ res cū i labris quoq; & narib; fieri possit: eandē ēt rōnē habeat: simul explicanda ē.

Curta i auribus labrisq; hac naribus quomodo farciri & curari possint. Caput viiiij.

V rta igit̄ in his tribus: ac si qua parua paria sūt: curari possunt. Si q̄ maiora sūt aut nō recipiūt curationē: aut ita p̄ hāc ipsā deformant̄: vt minus idēcora ante fuerit. Atq; in aure qđē & naribus deformitas sola timeri p̄t. In labris

vero si nimū cōtracta sūt: vsus quoq; necessarij iactura sit: quia minus facile & cibus assumit̄ & sermo explicat̄. Neq; enim creat̄ ibi corpus: sed ex vicino adducitur. qđ in leui mutatiōe & nihil cripe & fallere oculū p̄t. i magna nō p̄t. Neq; senile at̄ corpus: neq; qđ mali habitus ē: neq; in quo difficulter vlcera sanescunt: huic medicinae idoneū est. quia nūq; celerius cancer occupat aut difficiliter tollit̄. Ratio curationis eiusmodi ē. Id qđ curatū ē in quadratū redigere: ab iterioribus eius angulis lineas trāsuersas incidere: q̄ ceteriorē partē ab ulteriore ex toto diducāt: deinde ea quā sic resoluimus i vnū adducere. Si nō satis iungunt̄: vltra lineas quas ante fecimus: alias duas lunatas & ad plagā cōuersas imittere: q̄b; sūma tñ cutis diducat̄. sic. n. sit vt facilius qđ adducit̄ seq̄ possit. qđ nō vi cogendū ē: sed ita adducēdū: vt ex facili subsequat̄: & dimissū nō multū recedat. Interdū at̄ ab altera pte cutis haud oīno adducta: deformē quē reliq; locū reddit. Huiusmodi loci altera pars icidēda: altera intacta habēda ē. Ergo neq; ex imis auribus: neq; ex medio naso imis venas: partibus: neq; ex angulis labroq; quicq; attrahere tētabimus. Vtrinq; autē petemus: si qđ sūmis auribus: si qđ imis: si quid aut medio naso: aut medijs naribus. aut medijs labris deerit. Quā tñ interdū etiā duobus locis curata esse cōsuerūt. Sed eadē ratio curādū est: si cartilago in eo qđ incisū ē eminere: excidēda ē. Neq; enim aut glutinat̄. aut acu tuto traicif. Neq; longe tñ excidi debet. ne iter duas oras liberā cutis: vtrinq; coitus puris fieri possit. Tū iunctē orē iter se suenda sūt vtrinq; cute apprhēsa: & q̄ priores lineas sūt: ea quoq; suturā iniiciēda sūt. Siccis locis. vt in naribus: illita spuma argenti satis p̄ficat. In vteriores uero lunatasq; plagas linamentū dandū est: vt caro increfcens vulnus impleat. sūmaq; cura qđ ita futū est: tuendū esse: apparere ex eo p̄t: qđ de cancro supra posui. Ergo ēt tertio quoq; die fouendū erit uapore aquā calidā. rursusq; idē medicamētū iniiciēdū: fereq; septimo die glutinatū est. Tum suturā eximi: & vlcus ad sanitatem p̄duci debent.

De polypi curatione per ferrum.

Caput. x.

Olypū: vero qui in naribus nascit̄: p̄cipue ferro curari iam alias posui. Ergo etiā hunc ferramento acuto in modū sphathæ factō resoluerē ab osse oportet adhibita diligentia ne infra cartilago laedatur: in qua difficilis curatio est. Vbi abscissus est: vnco ferramēto extrahendus ē. Tum iplicitū linamētū: vel aliquid ex penicillo respergendum est medicamēto: quo sāguis supprimatur: eōq; nares leniter iplendat̄. Sanguine suppresso: linamēto vulnus purgandū est. Vbi purum ē. eo pinna eodem modo quo in aure suprapositū est: medicamēto illita: quo cicatrix inducit̄: intus demittenda: donec ex toto id sanescat.

ad magnū foramē auris

vide m hoc cap. 17. fol. 163. fol. 4. et 24. fol. 179. fol. 4. et 7. 4. r. et 7. 6. r. in libro introducto. seu medico in fine partis de chirur. gic. ex andernaco. et methodi medendi. i. 4. et 6. de nali p̄cipu. in curatione curanda. et 170. 7. r. 25.

de maxilla omne emyone mūda

de cartilago mōsa dīfīle curat̄

Auf. hoc dicitur notandum

Ad dentes remotos

Ad dolores dentis et bide 6. 13. r. 9.

Auf.

sano. profbrant. p̄cipu. esse os significat

Ad rotos dētes et p̄cipu.

Ad p̄cipu. dētes la. tates

viza Ad tonsillas. i. amygdalas



nus at ea ultra iustum modum apertita deducta est: & est tenuis: acuta. alba: praecidi debet. Itemque si ima: liuida & crassa: summa: tenuis est. Neque quicquam commodius est quam vossella prehendere: sub eaque quod volumus excidere. Neque enim vllum periculum est ne plus minus ue praecidatur: cum liceat tantum infra vossellam relinquere: quantum inuitile esse manifestum est. idque praecidere quo longior vna est quam esse naturaliter debet. Post curationem eadem facienda sunt: quae in tonillis proxime posui. *f. m. praecedenti*

De lingua.

Inguis vero quibusdam cum subiecta parte a primo natali die iuncta est: qui ob id ne loqui quidem possunt: horum extrema lingua vossella praehendenda est: sub eaque membrana incidenda: magna cura habita: ne venae quae iuxta sunt: violenter: & perfusione sanguinis nocent. Reliqua curatio vulneris in prioribus posita est: Et plerique quidem vbi conauerunt loquuntur: Ego autem cognoui qui succisa lingua cum abut de super dentes ea praemeret: non tamen loquendi facultatem consecutus est. A deo in medicina etiam vbi perpetuum est quod fieri debet: non tamen perpetuum est id quod sequi conuenit.

De abscessu sub lingua.

Vbi lingua quoque interdum aliquid abscedit: quod fere consistit in tunica: doloresque magnos mouet. quod si exiguum est incidi semel satis est. si maius: summa cutis versus ad tunicam excidenda est. deinde vtriusque horum hamulis excipienda: & tunica vndique circum data liberanda est: magna diligentia per omnem curationem habita: ne qua maior vena incidatur.

De labris.

Abra autem saepe findunt: eaque res habet cum dolore etiam hanc molestiam: quod sermo prohibet. qui subinde eas rimas cum dolore diducendo sanguinem citat. Sed has: si in summo sunt: medicamentis curare commodius est. quam ad vlcera oris sunt. Si vero altius descenderunt: necessarium est tenui ferramento adurere. quod sphathae simile quasi transcurrere: non imprimi debet. Postea facienda eadem sunt quae in auribus adustis exposita sunt.

De ceruicis vicijis & curatione.

Caput tertiumdecimum.
T in ceruice inter cutem & asperam arteriam tumor increfcit: brochoceolen graeci uocant. quo modo caro habes: modo humor aliquis mellis aquae uel similis includitur. interdum et minutis ossibus pili in mixti. Ex quibus quicquid est quod tunica continet potest adurere medicamentis curari quibus summa cutis cum superiecta tunica exeritur. Quo facto siue humor est: profluit. siue quod densius: digitis educit. tunc vlcus sub linamentis sanescit. Sed scalpellum curatio breuior est. Medio tumor vna lenia incidit versus ad tunicam. Deinde viciosus sinus ab integro corpore digito separatur: totusque cum uelamento suo eximitur. Tunc aceto: cui uel sale uel nitro aliquis adiecit: eluitur. oraque una sutura iunguntur ceteraque eademque in alijs suturis super injiciuntur. Leuiter deinde: ne fauces urgeat: deligatur si qua autem tunica eximi non potuerit: itus ispergenda: adurere: linamentisque curandum est ceteris pus mouentibus.

De umbilici vicijis. et vide. o. h. e. 17.

Caput quartumdecimum.
Vnt etiam circa umbilicum plura uicia. de quibus propter raritatem iter auctores parum constat. Verisimile est autem id a quoque praetermissum quod ipse non cognouerit: a nullo id quod non uiderat: fictum. Comune omnibus est umbilicum in decore prominere. Causae requiruntur. Meges tres has posuit. Modo intestinum eo irrumperet. modo omentum. modo humor. Sostratus nihil de omento dixit. Duobus his adiecit: carnem ibi interdum increfcere: eaque modo integra esse: modo carcinomati simile. Gorgias ipse quoque omenti mentionem omisit. Sed eadem tria causatus spiritum quoque interdum eo dixit irrumperet. Heron omnibus his quattuor positis & omenti mentionem habuit & eius quod simul & omentum & intestinum habuerit. Quid autem horum sit: his indicijis cognoscitur Vbi intestinum

de augmento umbilici

meos
sostratus
gorgias
heron

signa

plapsum est: tumor neque durus neque mollis est omni frigore comminuit: non solum sub omni calore: sed et retento spiritu crescit. Sonat interdum: atque vbi resupinatus est aliquis delapso intestino ipse desidit. Vbi vero omentum est. caetera similia sunt: tumor mollior & ab ima parte latus: extenuatus in vertice est. si quis apprehendit: elabitur. Vbi vtrunque est: inditia quoque mixta sunt: & inter vtrunque mollior. At caro durior est: semperque et resupinato corpore tumet: praementique non cedit: prioribus facile cedentibus. Si viciosa est eadem notas habet: quae in carcinomate exposui. Humor autem si praemittitur. circumfluit: At spiritus praesens cedit: sed praeterea redit resupinato quoque corpore tumore in eadem figura tenet. Ex his id quoque ex spiritu vicium est: medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati similis cum piculo tractatur. Itaque omittere debet: idque vulnus linamentis curari. Humorem quidem vel inciso summo tumore effundunt: & vulnus hisdem linamentis curant. In reliquis variis sanatae sunt. Ac resupinandum quidem corpus esse res ipsa testatur. ut in vteru. siue intestinum: siue omentum est: delabat. Sinus vero umbilici tunc vacuus a quibusdam duabus regulis exceptus est: vehementerque earum capitibus deligatis ibi emoritur. A quibusdam ad imum acutratatur duo lina ducere. deinde vtriusque lina duobus capitibus diuersae partes astringunt. Quod in vna quoque oculi fit. Nam sic id quod supra vinculum est: moritur. Adiecerunt quidem ut antequam vicieret: summum vna linea incidere: excideretque: quo facilius digito demisso quod illuc irrupisset: depelleret. tunc deinde vixerunt. Sed ab utroque est: iubere spiritum continere: ut tumor quantum maximum esse poterit: se ostendat. tunc imam basin eius atramento notare: resupinatoque hodie: digitis tumorem cum premere: ut si quid delapsum non est: manu cogatur. Post haec umbilicum attrahere: & qua nota atramenti est lino vehementer astringere. Deinde partem superiorem aut medicamentis aut ferro adurere donec emoriatur. Atque ut caetera vlcus nutrire. Idque non solum vbi intestinum uel omentum uel vtrunque est: sed et vbi humor est: optime proficit. Sed antequam quidem uisenda sunt: ne quod ex vinculo piculum sit. Nam curatio neque infans: neque aut robustus annis: aut senex aptus est: sed a septimo fere anno ad quartumdecimum. Deinde ei corpus idoneum est id: quod integrum est. At quod mali habitus est: quodque papulas: ipetigines: similiaque habet idoneum non est. Leuibus quoque tumoribus facile subuenitur. At in eorum qui nimis magni sunt curatione piculum est. Tempus autem anni & autumnale & hibernum uitandum est. Veri idoneum maxime est. Ac prima aetas non aliena est. Praeter haec abstinere pridie debet. Neque id satis est. Sed alius quoque ei ducenda est: quo facilius omnia quae excesserunt: intra aluum condantur.

Quo aqua hydropicis emittatur.

Caput. xv.

Quam his quae hydropicis sunt emitti oportere alias dixi. Nunc quemadmodum id fiat dicendum. Quidam autem qui sub umbilico fere quattuor interpositis digitis a sinistra parte. Quidam ipso umbilico perforato. facere consueverunt. Quidam cute primum adusta. deinde interiore abdomine inciso. quia quod per ignem diuisum est: minus celeriter coit. Erramentum autem demittitur: magna cura habita ne qua vena incidatur. Id tale esse debet: ut fere tertiae digiti parte latitudo mucronis impleat. Demittendumque ita est. ut membrana quoque trahatur: qua caro ab interiore parte finitur: eo tunc plubea aut anea fistula coicienda est: uel recuruat in exteriori parte labris. uel in media circum surgente: quodam motu: ne tota intus delabi possit. huius ea pars quae intra paulo longior esse debet quam quae extra: ut ultra ulteriorem membranam praecedat: per hanc effundendus humor est. Atque vbi maior pars eius euocata est: cludenda demisso linteolo fistula est. & in uulnere: si id usum non est: reliquenda. Deinde per sequeutes dies circa singulas heminas emittendum: donec nullum aquae uestigium appareat. Quidam tamen etiam non uisita cute praeterea fistulam recipiunt & super vulnus spongia expressa deligant. Deinde postero die rursus fistulam demittunt quod reces uulnus paulum diductum patitur: ut si quid humoris superest emittatur. Idque bis ita fecisse ceteri sunt.

De intestinorum uulneratorum curationibus. Caput. xvi.

k iij



hinc spes certa desperatione
est potior

n Onnūquā at veter ictu aliquo pforatur: sequiturq; ut iestina euoluant. Quod
vbi icidit: ptnus cōsiderādū est: an iestina ea sint: deide an his color suus ma-
neat. Si tenuius iestinū pforatū ē: nihil pfici posse iā rettuli. Latius iestinū
sui pōt: non qd̄ certa fiducia sit: sed qd̄ dubia spes: certa desperatione sit potior. Inter-
dū enī glutinat. Tū si vtrūlibet iestinū liuidū aut pallidū aut nigrū ē. qbus illud quo-
q; necessārio accedit: vt sensu careat: medicina oīs inanis ē. Si vero adhuc ea sui coloris
sunt: cū magna festinatione succurēdū ē. Momēto enī alienātur externo & ifucto spiri-
tu circūdata. Resupinādus at homo ē coxis erectiorib⁹. Et si angustius vulnus ē: quā
vt iestina cōmode refūdāt: icidēdū ē donec satis pateat. Ac si iā ficciora iestina sunt:
pluenda aqua sunt: cui paulū admodū olei sit adiectū. Tū minister oras vulneris leui-
ter diducere manibus suis vel ēt duobus hamis mēbranæ interiori iniectis debet. medi-
cus priora semp iestina q̄ posteriora plap̄sa sunt: cōdere. Sic vt orbiū singulorū locū
feruet. Repositis oibus: leniter homo cōcutiēdus ē. Quo fit vt p se singula iestina i
suas sedes diducātur: & inibi cōfidāt. His cōditis omētū quoq; cōsiderandū. ex quo si
qd̄ iā nigri & emortui ē: forfice excidi debet. Si qd̄ integrū ē leuiter sup iestina diduci.
sutura at neq; sumā cutis: neq; iterioris mēbranæ p se satis pficit: sed vtriusq;. Et quidē
duobus linis viciēda ē spissior quā alibi q̄a & rūpi facilius motu ventris pōt: & non aq;
magnis iflāmationibus pars ea exposita ē. Igit̄ in duabus acubus filia coiciēda ea q; dua-
bus manibus tenēda: & prius iteriori mēbranæ futura iniiciēda ē: sic vt sinistra māus
i dexteriore ora: dextra i sinistriore a p̄cipio vulneris orsa: ab iteriori pte in exteriorē
acū imittat. Quo fit vt ab iestinis ea ps semp acū longe sit: quæ retusa ē. semel vtra-
q; pte traiecta pmutandæ acus iter manus sūt: vt ea sit i dextra q̄ fuit i sinistra ea veniat
i sinistra: quam dextra cōtinuit. Iterūq; eodē mō p oras imittendæ sunt. Atq; ita tertio
& quarto: deincepsq; pmutatis iter manus acubus icludēda plaga. Post hæc eadē fila
eadēq; ad cutē transferēdæ. Similiq; rōne ei quoq; pti vtraq; futura iniiciēda semp ab
iteriore pte acubus ueniētib⁹: semp iter manus traiectis. Dein glutinantia iniiciēda
Quibus aut spōgiā aut succidā lanā ex aceto ipressam accedere debere manifestius ē:
quam ut semp dicendū sit. Impositis his leuiter deligari uenter debet.

De iteriore pte abdominis rupta: & qua rōne curanda sit. Caput. xvij.

i Nterdū tñ uel ex ictu aliquo: uel retēto diutius spiritu: uel sub graui fasce ier-
rior abdominis mēbrana superiore cute iestina rūpitur. Quod fœminis quoq;
ex utero sæpe euenire cōsueuit: sitq; p̄cipue circa ilia. sequitur at cū superior ca-
ro mollis sit: ut non satis iestina cōtineat: hisq; intēta cutis: idecora itumescat. Atq; id
quoq; aliter ab alijs curatur. Quidā enī p acū duobus linis ad imam basim imissis: sic
utrinq; deuiciūt quēadmodū & in ūbilio & i vna positū ē: ut qcquid super uinculum
ē: emoriāt: qdā mediū tumorē excidūt ad similitudinē myrtacei folij. qd̄ semp eodē
mō seruādū esse iā posui: & tū oras futura iungūt. Cōmodissimū ē autē resupiato cor-
pore: experiri manu qua parte his tumor maxie cedat. quia necesse ē ea parte rupta mē-
brana sit: quaq; integra ē: ea magis obnitāt. tū qua rupta uidebit̄. imittēdæ scalpello
duæ tunicae sunt. ut exciso medio iterior mēbrana utriq; recentē plagā habeat. quia qd̄
uetus ē: futura nō coit loco patefacto. Si qua parte mēbrana nō nouā plagā: sed uete-
rē habet: tenuis excidenda habena est: quæ tantum ora eius exulcret. Cætera: quæ ad
futurae reliquam curationem pertinent: supra cōprehensa sunt.

De uaricibus uentris. vide hinc. 6. 49. c. 51. hui⁹.

p Ræter hæc euenit: ut i quorūdā uētrib⁹ uarices sint. q̄rū quia nulla alia curatio
ē. quā q̄ i cruribus esse cōsueuit tū eā partē explanaturus: hæc quoq; eo differo.

De testiculos natura & morbis eorū.
Enio at ad ea. quæ i naturalibus partibus circa testiculos oriri solent. q̄ quo fa-
cilius explicē: prius ipsius loci natura paucis proponēda ē. Igitur testiculi si-
mile qdā medullis habēt. Nā sanguinē nō emittūt & oī sensu carent. Dolent
at in ictibus & iflāmationibus tunica: qbus hi cōtinētur. Dependēt vero ab inguinib⁹
p singulos neruos. quos cremasteras græci nomināt cū quoq; vtroq; binæ descēdūt &
venæ & arteria. Hæc aut tunica cōtegunt̄ tenui: neruosa: sine sāguine alba: q̄ a gytrōi-
des a græcis nominat̄. sup eā valētiore tunica ē quæ iteriori vehemēter ima pte ihæret:
dario græci vocāt. Multæ deide mēbranulæ venas & arterias cosq; neruos cōprehēdūt
Atq; iter duas quoq; tunicas superioribus ptrib⁹ leues: paruulæq; sunt. Hactenus pro-
pria vtriq; testiculo & velamēta & auxilia sūt. Cōmunis deide vtriq; oibusq; iteriorib⁹
linus ē: q̄ iā cōspicit̄ a nobis. oscheon græci: scrotū nri vocāt: isq; ab ima pte medijs tui-
cis leuiter inexus ē: a superiore tātū circūdatus ē. Sub hoc igit̄ plura vicia cē cōsueue-
rūt. Quæ mō ruptis tunicis: quas ab iquinibus icipere pposui: mō his iestris sūt. siq;
de iterdū vel ex morbo primū iflāmāt̄ deide postea pōdere abrūpit̄. vel ex ictu al: quo
ptinus rūpit̄ tunica: q̄ diducere ab ierioribus partib⁹ iestina debuit. tū pōdere co-
de uoluit̄ aut omētū aut ēt iestinū. Atq; ibi reperta via: paulatī aut ab iquinib⁹ iteriores
quoq; partes missum subide neruofas tunicas: & ob id eius rei patiētes diducit̄ entero-
coelen & epiplocoelen græci vocāt: apud nos idecor: sed cōmune his hui⁹ nax nomē est.
Deide si descēdit omētū: nūquā i scroto tumor tollit̄: siue inedia fuit: siue corpus huc
illucē cōuersū: aut aliquo mō collocatū. Itēq; si retētus ē spiritus: nō magnopere incre-
scit. tactu uero in æqualis ē & mollis & lubricus. At si intestinum quoq; descēdit: hu-
mor his line iflāmatione mō minuit̄: mō increfcit. Estq; fere sine dolore. & cū congescit
aliquis aut iacet: iterdū ex toto desidit: iterdū sic diuidit̄: vt in scroto exiguæ reliquæ
maneāt. At si clamore & facietate & si sub aliquo pōdere his homo nixus ē. crescit. fri-
gore oī cōtrahitur: calore diffundit̄. Estq; tū scrotū & rotundū & tactu leue. idq; qd̄
subest: lubricū ē: si pressū ē: ad inguē reuertit̄. dimissūq; iterū cū quodā quasi murmu-
re deuoluit̄. Et id qd̄ i leuioribus malis euenit. Nōnūquā at stercore accepto vastius
tumor: retro cōpelli nō pōt: affertq; tū dolorē & scroto & iquinibus & abdomini. nōnū-
q; stomachus quoq; affectus: primū ruffā bilē p os reddit: deide viridē: qbusdam ēt ni-
grā. Integris uero mēbranis iterdū eā pte humor distrigit. Atq; eius quoq; species due
sūt. Nā uel inter tūcas is increfcit: uel in mēbranis q̄ ibi circa uenas & arterias sūt. vbi hæc
grauatæ oculauerūt. Ac ne ei qd̄ humoris: q̄ iter tūcas ē: una sedes ē. Nā mō inter sū-
mā & mediā: mō iter mediā & imā cōsistit. Græci cōmuni nomie qcquid ē hydrocoelē
appellāt. nostri ut scilicet nullis di'criminibus satis cognitis: hæc quoq; sub eodem no-
mine: quo priora habēt. Signa at qdā cōmunia sunt: qdā ppria. Cōmūia qbus humor
deprehēdit̄. Propria: qbus locis humorē subesse dicimus. Si tumor ē nūquā ex toto se-
remittes: sed iterdū leuior: aut pp famē: aut pp febriculā maxieq; i pueris: hisq; mollis
est. si nō nimius hūor subest. At si his uehementer icreuit: renitit̄ sic vt uter repletus &
arte astrictus. Venæ quoq; i scroto iflant̄: & si digito p̄ssimus: cedit humor: circūflu-
enq; id qd̄ nō premit̄: attollit̄ & tanquā in uitro cornue p scrotū apparet. isq; quantū
i ipso ē: sine dolore ē. Sedes at eius sic deprehēdit̄. si iter sūmā mediā tunica est: cū di-
gitis duobus p̄ssimus: paulatī humor iter eos reuertēs subit. scrotū ipsius albidius est.
Si ducit̄: aut nihil aut paruulū itendit̄. testiculus ea pte neq; visu neq; tactu sentit̄. At
si sub mediā tūca ē: intētū scrorū magis se attollit: adeo vt superior colēs sub tumore co-
delitescat. Præter hæc æq; iestris tūcis ramex inascit̄: cyrlocoelē græci appellāt. Venæ

hinc de testiculos
testiculi sensu carent

cremastera.
egytrōides

dario.

scrotū. oscheon.

hinc hermie

hinc



itumescunt: hæ quoque itortæ cōglomeratæque ad superiorē partē: vel ipsū scrotū implēt vel mediā tunicā vel imā. Interdū ē sub ima tunica circa ipsū testiculū neruūque eius incre- scunt. Ex his ea quæ in ipso scroto sūt: oculis patēt. hæ vero quæ mediæ imæ ve tunicæ insidēt: vt magis cōdita: nō atque quæ cernūt: sed tñ ēt visui subiectæ sūt: præter quā quæ & tumo- ris aliqd ē p venarū magnitudine & mō & id p̄menti magis renitit: ac per ipsos vena- rū toros inæquale ē: & qua pte id ē: testiculis magis iusto depēdet. Cū vero ēt sup ipsū testiculū neruūque eius id malū increuit: aliquāto lōgius testiculus ipse descēdit: minor- que altero fit: vt pote alimēto amisso. Raro sed aliquādo caro quoque iter tunicas increuit: sarcocoele n̄ græci vocāt iterdū ēt ex inflāmatione tumet ipse testiculus ac febres quoque afferet: & nisi celeriter ea inflāmatio cōquirit: dolor ad inguina atque illa puenit. p̄terque hæ itumescūt. neruus: ex quo testiculus depēdet: plenior fit: simulque indurefcit super hæc: inguen quoque nō nunquam varices implent. bubonocoele n̄ appellant.

De testiculorū curationibus cōmunibus & primo de incisione & curatione inguinis vel scroti. Caput. xix.

h Is cognitis de curatione dicendū ē: i qua quædā cōmunia oīum sunt: quædā ppria singulorū. Prius de cōmunibus dicā. Loqr̄ aut̄ nūc de his quæ scalpelli desiderāt. Nā quæ uel sanari nō possint: vel aliter nutiri debeāt: dicendū erit simul ad spe- cies singulas venero. Incidūt aut̄ iterdū inguē iterdū scrotū. In vtraque curatione hō ante triduū, bibere aquā: pridie abstinere ēt a cibo debet. ipso aut̄ die collocari supinus deide si inguen incidendū ē. idque iā pube cōtegit: ante radendū ē: & tū extēto scroto: vt cutis in- guinis itenta sit: id incidendū sub imo vētre: quæ cū abdomine tunica inferiores comittū- tur. Aperiendū aut̄ audacter ē donec sūma tunica. quæ ipsius scroti ē incidat: pueniatque ad eā quæ mediā ē plaga facta. Foramē deorsū uersus subest. In id demittendus ē sinistra ma- nus digitus index: vt diductis iteruenientibus mēbra nullis simul laxet. Minister aut̄ si- nistra manu cōprehēso scroto sursum uersus eū debet extēdere. & quā maxie ab inguini- bus adducere: primū cū ipso testiculo: dū medicus oēs mēbranulas quæ sup mediā tuni- cā sūt: si digito diducere nō pōt: scalpello abscidat: Deinde sine eo vt his de lapsus ipsi plagæ iungat: digitoque idē p̄mat: & super vētrē cū duabus suis tunicis collocet. Inde si quæ viciosa sūt circūcidēda sunt. In quibus cū multæ venæ discurrāt tenuiores quæ p̄cidi p- tinus possūt: Maiores vero ante lōgiore lino deligādē sūt: ne piculose sanguinē fūdāt. Si mediā tunica vexata erit: aut sub ea malū increuerit: excidēda erit sicut: vt alte ad ipsum inguē p̄cidat. Infra tñ nō rota demēda ē. Nā quæ ad basim testiculi uehementer cum ima tunica cōnexū ē: excidi sine sūmo piculo nō pōt. Itaque ibi relinquendū ē. Idē i ima quoque tunica: si laxa ē: faciendū ē. Sed nō a sūma inguinis plaga: verū infra paulū ea abscidēda: ne laxa adominis mēbrana inflāmationes moueat. Neque tñ nimium ex ea sursum relinquen- dū ē: ne postea sinuet & sedē cidē malo præstet. purgatus ita testiculus p̄ ipsā plagam cū uenis & arterijs & neruo suo leuiter demittendus ē uidēdūque ne sanguis iscroto descē- dat: neue cōcretus aliquo loco mæeat. Quæ ita fiēt: si uis uiciēdo medicus p̄spexerit. Lina quibus capita earū cōtinebūt: extra plagā depēdere debebūt. quæ pure orto sine ullo dolore excidēt. Ipsi aut̄ plagæ iniiciēda: duæ fibulæ sunt: & insuper medicamentū quo glutinētur: Solet interdū ab altera ora necessariū esse aliqd excidi: ut cicatrix maior & latior fiat. Quod ubi incidit. linamēta super nō sulciēda: sed leuiter tantū ponēda sūt: supraque ea quæ inflāmationē repellāt: id est ex aceto uel lana succida uel spongia. Cete- ra eadē quæ ubi pus moueri debet: adhibēda sūt. At cū infra icidi oportet: resupinato ho- mine subijciēda sub scroto sinistra manus est: deinde id uehementer apprehendendū & incidendū. Si paruulū est quæ nocet: modice ut tertia pars integra ad sustinendum testi-

culū infra relinquat. Si maius ē: ēt amplius: vt paulū tantū mō ad imū: cui testiculus in- sidere possit integrū maneat. Sed prius rectus scalpellus quā leuissima māu teneri de- bet: docet scrotū ipsum diducat. Tum inclinādus mucro ē: vt trāuersa mēbrana secet: quæ iter sūmā mediāque tunica sunt. At si viciū i p̄ximo ē. mediā tunica attingi nō oportet. Si sub illa quoque cōdit. ēt illa incidēda ē: sic: vt tertia quoque: si illa viciū tegit. Vbi cūque reperit malū ē: ministrū ab inferiorē pte exprimere moderate scrotū oportet: medicū digito: manubriolo: vel scalpello diductā inferiorē pte tunica extra collocare. deinde eā ferramēto quod ad similitudinē curuū vocāt: incidere: sic vt intrare duo digi- ti index & medius possint. His deinde cōiectis excipiēda reliqua pars tunicæ: & inter digitos scalpellus imittendus est. eximendūque aut effundendū quicquid est noxiū quā- cūque aut tunica quis violauit: illa quoque debet excidere. ac mediā quidē. vt supra dixi: quā altissime ab inguine imā at paulo infra. Ceterū ante quæ excidantur hæ quoque vinciri li- no summe debēt. & eius lini capita extra plagā relinquēda sunt: sicut in alijs quoque uis quæ id requisierit: Eo facto testiculus intus reponendus est. oraque scroti futuris inter se cōmittendæ: neque paucis: ne parū glutinentur & longior fiat curatione: neque multis: ne i- nflāmationē augeant. Atque hic quoque videndū est: ne quid i scroto sanguinis mæeat. Tū iponēda glutinantia sunt. Si quæ aut̄ in scrotum sanguis defluxit: aliquidue concretum ex eo decidit: incidi subter id debet: purgatoque eo spongia acri aceto madens circūdari: Deligatur aut̄ vulnus oē: quod ex his causis factum est. Si dolor nullus est: quinq; pri- mis diebus non est resolucendū: sed bis die tñ aceto irrotāda lana uel spongia. Si dolor est: tertia die resolucendum: & ubi fibulæ sunt: hæ incidēda: ubi linamētū id mutandū est rosque & uino madefaciendū id quod imponit. Si inflāmatio increuit: adijciendum prioribus cataplasma ex lenticula & melle: uel ex malicorio: quod i austero uino coctū sit uel ex his mixtis. Si sub his inflāmatio nō cōquirit post diē quātū multa calida aqua vulnus fouēdū: docet scrotū ipsū & extenuet & rugosius fiat. Tū iponēdū cataplasma ex triticea farina: cui resina pinea adiecta sit. Quæ ipsa si robustus curat. ex aceto: si te- ner: ex melle coquēda sunt. Neque dubiū ē quod cūque initiū fuit. si magna inflāmatio est: quin ea: quæ pus mouet: iponēda sint. Quod si pus in ipso scroto ortū est: paulū id in- cidi debet: vt exitus det. Linamentūque eatenus iponēdū ē: vt foramē tegat. Inflāmatio ne finita. pp neruos priore cataplasmate: dein carato utēdū ē. Hæc proprie ad eiusmo- di vulnera p̄tinent. Cetera & in curatione & in victu similia his esse debent: quæ in alio quoque vulnerum genere præcepimus.

De intestini curatione.

Caput. xx.

h Is p̄positis ad singulas species ueniendū ē: ac si cui paruulo puero iustestinum descēdit: ante scalpellū experiēda iunctura ē. Fascia eius rei cā sit: cui imo loco pila assuta ē ex p̄aniculus facta: quæ ad repellēdū iustestini ipsi illi subijcit: dem- de reliqua fasciæ pars arcte circūdat. sub quo sæpe & itus cōpellit iustestini: & iter se tu- nica glutinant. Rursus si ætas p̄cessit: multūque intestini descēdisse ex tumore magno patet: adijciūtque dolor & vomitus quæ ex stercore & ex cruditate eo de lapso fere accidūt scalpelli adhiberi sine p̄nitie nō posse manifestū ē. Leuādū rātūmodo malū & per ali- as curationes extrahēdū ē. Sanguis mitti ex brachio debet. deinde: si vires patiunt: ipe- randa tridui abstinentia est. si minus certe pro vi corporis quā lōgissime. Eodem uero tempore sup habendū cataplasma ex lini semine: quod ante aliquis ex mulso decoxe- rit. Post hæc & farina hordeacea cū resina iniiciēda: & is demittendus i solū aquæ calidæ cui oleū quoque adiectū sit: dādūque aliquid cibi lenis calidi. Quidā ēt aluū ducūt. Id de- ducere aliquid i scrotū pōt: educere ex eo nō pōt. Per ea uero quæ supra scripta sunt: le-

malicorio. i. coriice malig
nati. ut. supra. fol. 37. col.

Modis faciēdi fasciā pro
puero

Att.

formia

Att. de abridatione



Ubi multa in testina sunt prolapsa

Circa in puero et viro

sepsa

uato malo si qñ alias dolor reuerterit. eadē erūt faciēda. Sine dolore quoq; si multa in testina plapla sunt: scari supuacū ē: nō quo nō excludi a scroto possint nisi tñ id inflā-
 matio phibuit. sed quo repulsa īguinibus imorēt. ibiq; tumorē excitēt atq; ita fiat ma-
 li nō finis sed mutatio. At i eo quē scalpello curari oportebit: simul atq; ad mediā tuni-
 cā vulnus ī inguē factū puenerit: duobus hamulis ea iuxta ipsas oras apprehēdi debe-
 bit dū eductis oibus mēbranulis medicus eā liberat. Neq; n. cū piculo lādīt: quā exci-
 dēda ē: cū ī testinū esse nisi sub ea nō possit. Vbi deducta at erit ab īguine vsq; ad testicu-
